

1747.

Dreyer, Dr. Carol. Henr.: *N. differentiis juris Prussiani
et Germanici in arribis emplacacionis*

1748.

1. Dorn, Bernhard Christianus: *De pactis tabularibus, super
bonis acquisitiis tantum perfectis, aliisque proximo-
rum cognatorum consensu iure Hamburgensis vali-
dis.*
2. Dorn, Bernhard Christianus, Ord. iur. praelectoratus:
Programma: *De paroecia: Metzels bricht Land-
rechts, Lantrechts bricht genuine Rechte; dissertatio
in ac. Petri Holtzmanni praesertim.*
3. Dorn, Bernhard Christianus: *De testamentis feminorum
Hamburgensium.*
4. Dorn, Bernhard Christianus, Ord. iur. praelectoratus:
Programma: *De cura minorum post testamentum
vel archata vel provogata; dissertatione in ac.
Christophori Lipsiorum praesertim.*

1778.

5. Dreyer, Iwan. Carolus Herv. : De tentamine con-
cordiae inter litigantes optimo minime arum
litium remedio.

1779.

1. ^{et} Shurias, Fr. Goullis : De effecta erroris in
contractu emendandi. 25 pag.

2. Shurias, Fr. J. Gottlieb : De libero arbitrio iur. bico.

1780.

1. Dorn, Augustus Christianus : De interiore synonymorum
in foro.

2. Dreyer, Dr. Carolus Herv. : De restricta facultate alie-
nandi bona hereditaria, ad hereditaria mobilia
non pertinente, jure Germanico, Habsacro et Libe-
cess.

1781.

1. Dorn, Augustus Christianus : De revocatione elec-
tiorum superioritatis territorialis et

regalium propter errorum invalidae.

2. Dreyer, Carolus Heurius: De formula receptionis juris Lubecensis ejusque in dolo forensi incivitatis Hobartiae. Meletens I

3. Dreyer, ^{et} Carolus Heurius: De variis consuum iuris Germanici determinacionibus.

4. Dreyer, &c. Carolus Heurius: De oblogio juris Europei meletens II et: De genere et hereditate ea Hobartia non casula. Meletens III

5. Dreyer, Jo Carolus Heurius: Specimen privilegiorum apificium, palo meritisque respectorum.

6. Grohmannus, Melchior Detmarius: De necessaria a Chimam voluntatium praelectione. Recd. 1772.

7. Lackmannus, Adamus Heurius: Num pontificis Romani episcopis Janis ac Sterni eutibus usum pallii amcerent?

1751.

G. Shovens, Frideric Gottlieb: N. representatione per
sonae esthetic orientatio.

I undetected, indeed
1751 and numerous others to
and now to be called as representative
and early and original research
and early research; most learned person
greatest, G. Gottlieb: most learned person
of them all, who ought to always be called: N. I undetected

1752.

I undetected, indeed
1752 and numerous others to
and now to be called as representative
and early and original research
and early research; most learned person
greatest, G. Gottlieb: most learned person
of them all, who ought to always be called: N. I undetected

Pri. 17. num. 37. 2. 17.

6.
1742
**DE
DIFFERENTIIS IVRIS ROMANI
ET GERMANICI
IN
ARRHIS EMPTIONVM.**

P. 214.
DISPVATATIO
PRIOR FRIDERICIANA
D. IO. CAROL. HENR. DREYER,
CONSILIARII CANCELL. IVR. GERM. ET PRAX. PROF.
COLLEGII ICTOR. H. T. DECANI.


ET
RESPONSVRI
CAROL. FRIDER. RICHARDI.
L. L. CVLT. PETROPOLIT.

D. OCTOBR. H. L. Q. C.

KILIAE,
LITTERIS GOTTER. BARTSCHII, ACAD. TYPOGR.
CIO 15CC XLVII.



DE
DIEHERNISIUS IAVINS ROMANI
ET GERMANICI
IN
ARRHIS EMPATIONUM
DISPATATIO
PRIOR RINDERICIANA
DIO CAROL HENR. DREYER
CONSTITUTI CONCILI UIR. OBRW. ET TRACTATIONE
CERTIFICATORI ET DECANI
RETEGNISSERI
CAROL RINDER RICHARDI
TRICARTIALE TRACTATIONE
OCOMMUNA LSC
KILLIAR
THESES COTILL RINDERICI ACID. 1704
SOCIUS XYLAE



A SON ALTESSE
REVERENDISSIME ET
SERENISSIME
MONSEIGNEUR
LE PRINCE
FREDERIC AUGUSTE
PRINCE HEREDITAIRE DE NORVEGUE,
COADJUTEUR DE L'EVECHÉ DE LUBEC,
DUC ET STADTHALTER DE SLEVIC,
HOLSTEIN, STORMARN ET DE DITH-
MARSE, COMTE D'OLDENBOURG
ET DE DELMENHORST,
CHEVALIER DES ORDRES D'ANDRÉ,
D'ALEXANDRE NEVSKY ET
D'ANNE &c. &c.

MONSIEUR

A 29 N XCVI
LE RENAISSANCE
SERENISSIME
MONSIEUR
LE PRINCE
FRIEDERIC AUGUSTE

FRIEDERIC HEREDITAIRE DE NORVÈGE
COUP D'ETAT DE L'EMPEREUR DE L'ALLEMAGNE
DU ET STADTHAFTER DE L'EGLISE
HOLSTEN, STORMARN ET DE DITH-
MARRE, COMTE D'OLDBURG
ET DE DITTMARSHAL

Parmi la foule de ceux, qui après l'heureuse arrivée de VOTRE ALTESSE SERENISSIME, s'empressent avec passion, de LVI donner des marques éclatantes de leurs soumissions
&

& de leur joie, il n'y a personne, qui
y soit plus sensible que moi : Engagé
& par les hautes vertus de SON ILLU-
STRE PERSONNE les quelles, com-
me les plus parfaites de notre Siecle,
nous presagent, sous SON AVGVSTE
Gouvernement, une époque des plus
heureuses : & par les graces toutes par-
ticulieres, dont il LUI a plu en tout
tems, de regarder le peu de merite
des miens. C'est pour cela aussi, que
je desire avec ardeur, de LUI faire du
fond de mon coeur une offrande, que
le tems porte à la posterité. Mais, MON-
SEIGNEUR, comment m'acquiter di-
gnement d'un tel devoir? l'y devrois,
quelque peu que j'entrasse dans cette
matiere, tracer la grandeur d'ame de
VOTRE ALTESSE SERENISSIME,

) (3

dont

dont ELLE s'eleve au dessus des autres personnes de SA naissance, les airs gracieux, dont VOTRE ALTESSE SERENISSIME SE soumet les coeurs de tout le monde ; Et enfin toutes les autres eminentes vertus, qu'ELLE possede dans la plus accomplie perfection. Pour tout ceci cependant il faudroit une plume d'un plus bel effor que n'est la mienne : Car celle-ci, bien loin de mettre en son plus beau jour toutes les illustres qualités de VOTRE ALTESSE SERENISSIME, ne feroit autre chose, qu'en obscurcir l'eclat par la foiblesse de ses expressions. Ainsi en attendant avec impatience de plus grandes forces, il faudra, que je borne mon contentement à admirer sous un très respectueux silence ces nobles pre-
ro-

rogatives de VOTRE ALTESSE SE-
RENISSIME & à les priser au dedans
de mon coeur ; d'autant plus que je
n'ai ici pour but que de VOUS supplier
très-humblement , MONSEIGNEUR,
de daigner VOUS abaisser jusqu' à rece-
voir d'un accueil favorable l'hommage
public, que j'ose faire à VOTRE AL-
TESSE SERENISSIME , de mon zéle
& de ma veneration , en mettant a SES
piés cette Dissertation de la maniere la
plus soumise : comme aussi, de vouloir
bien, faute de plus dignes, agréer cet
hommage avec la Clemence qui LUI
est si ordinaire. Au moins, je ne cef-
serai de ma vie de faire des voeux ar-
dens pour la prosperité de VOTRE
ILLUSTRE PERSONNE ; & je metrai
tout en usage pour me rendre un jour
plus

plus capable , de donner des preuves
plus convaincantes de la parfaite ve-
neration , avec laquelle je ferai toujours
gloire d'être avec la plus profonde
soumission

MONSEIGNEUR

de VOTRE ALTESSE SERENISSIME

le très-humble , très-obéissant & très
fidele serviteur

CHARLES FREDERIC RICHARDI.

IO.



IO. CAROL. HENR. DREYER, D.
DIFFERENTIAE IURIS ROMANI ET GERMANICI
IN ARHIS EMPTIONUM.

DIFFERENTIA I.

IURE ROMANO arra, arha, (a) arhabo, (b) dicitur a graeco ἀργαρεῖς, firmum, eiusque nomine plerumque datus est anulus (c). **IV-**
R E G E R M A N I C O appellations sortitur A·harum
adpellatio-
nesque iu-
re Romano
et Germani-
co
varias, auditque modo nummus Dei (d), Gades-Geld, Gottes-Geld, Gottes-Pfenning, denarius Spiritus sancti (e), cum nummo abrenuntiationis non confundendus (f); modo Hergeld (g), modo Hafftgeld (h), modo Fastgeld, modo Wet-pfenning, Wedlac (i), modo halber Groschen, halber Schilling (k), Gersuma modo (l), Ding-Geld (m), modo et Oringe (n), Anglo-Saxo-nibus Fine (o), frequentius a manu data, fidei tessera Hand-Geld, Hand-Treu (p), Top-Geld, Top-Schilling (q), denique etiam Weinkauf (r), Leikauf, Litkop, Lickob, Lotkop (s), Oelkiop, Avellkop (t), stylo medii aeui barbaro mercipotus (u), Biberagium, Beuragium, Beveragium (x),

A **Vina-**

Vinalia (y), Potalitia (z), idque ea ratione, quoniam Germani symbolis studiosissimi, quos quidem *sitis* aestusque impatientes dixit Tacitus de Moribus Germanorum c. IV, qui olim de reconciliandis inuicem inimicis iungendisque affinitatibus (aa), de republica administranda, de bello paceque in *conuiuiis* consultabant (bb), qui ad *triclinia* sedentes causas decidebant (cc), qui pollicitationes paecta, conuentiones reciprocis *potationibus* firmari crediderunt (dd), quorum etiam mores firmandi fidem per *pocula* in negotiis aliis publicis, ecclesiasticis, sacris, religiosis et militaribus abunde testantur monumenta (ee), non descierunt de genio, quandoquidem perfectam emptionem operatus erat vtriusque contrahentis in rem et pretium consensus, roborantes et obsignantes inde hoc *συναλλαγμα symposio et propinatione*, ad citatis in uitatisque amicis perfectae emptionis nunc testibus (ff). Mos ille Germanis et Septentrionalibus vniuersalis (gg), origines adgnoscere videntur religiosas (hh), hodieque profligato legibus abusu (ii) facile tolerandus; sed manifeste errant, ex legibus Latii illum qui repetere gestiunt (kk), non fecus ac illi, qui stipulationum iuris Romani incantamenta quicquam conducere putant explicandis Germanorum aliis argumentis fiduciariis.

(a) vid.

(a) Vid. BARNABAM BRISSONIVM de Verborum significat. L. I. p. 105, arha et IO. MADERVM diff. de arbis c. i. §. 1. cuius tamen ratio ultimā, qua Graeciae hoc vocabulum acceptum referit, quod l. 17. C. de fide instrument. Constantinopolis & in ea vrbe facta sit, vbi graeca lingua maximopere obtinuerit, vt alia multa taceam, vel ex eo crassissimi erroris conuincitur, quod vsum vocabulū longe apud Romanos antiquorem manifestent PLINIVS, PLAVTVS, TERENTIVS. Aliud arhae erymon, a re scilicet, pro qua datur apposuit ISIDORVS Etymolog. L. X. c. alt.; aliud ab Hebreo Arabb, sp̄spondit, fideiussit, stipulatus est CHRISTIANVS BEGMANNVS v. Arilator; ab aere nonnulli, addita ratione, quod cum olim in foro & in auctionibus aera vendita, incommode omnino fuerit, plaustra magno grauis aeris pondere eo vehere, vnde factum, vt saltim pars aeris malleo secussa, monstrata fuerit et vendita, ex qua tanquam signo, negotii certitudi potuerit desumi. Quos tamen omnes suo indulgere ingenio, libenter fero & concedo.

(b) Teste VARRONE de lingua latina L. IV & SVIDA: Ἀρραβων ἡ ἀρραβον τοῖς ὥνταις περὶ τῶν ὠνεμένων διδομένην πρώτην πατοβαλὴν ὑπερ ἀσφαλείας. Arrabovo primum; quod in emptionibus cautionis gratia datur, pro rebus, quae emuntur. Stylo medii aevi occurunt Arrabenēs, Arrebenēs, vocabulum quidem ex arhabone pro more barbari sacculi deformatum, quod perfidium est tum ex oratione Petri Ferdinandi Vace capitī, Regis Capellae legati ad Ludouicum ducem Andegavensem d. 1378 ap. EDMUND MARTENE Tom. I. collect, ampliss. monument. p. 1503, tum e Reuerendorum patrum ordinis S. Benedicti e congregazione S. Mauri glossario Cangiano locupletato Tom. I. p. 722.

(c) Docente VLPIANO l. 5. §. 15. ff. de actione institut. qua annūlum arhae nomine institorem accepisse his memorat verbis: Item si Cuius no- institor, cum oleum vendidisset, ANVLVM ARRAE nomine accepit, ne- mine an- que eum reddat, dominum institutoria teneri. Nam eius rei, in quam apud Ro- praepositus est, contractum est, nisi forte mandatum ei fuit, praesenti manus. pecunia vendere. Et l. II. §. 6. ff. de actione emt. vend.: Is qui vina emit, arrhae nomine certam summam dedit. Postea conuenerat, vt emcio irrita fieret. Julianus ex emcio agi posse, ait, vt arra reddatur, vilem- que esse actionem, ex emplo etiam ad distractabendam inquit, emtionem. Ego illud quaero, si ANVLVS datus sit arhae nomine & secuta emtione

pretioque numerato & traditare, ANVLVS non reddatur, quia actione agendum est? Vtrum condicetur, quasi ob causam datus sit, & causa finita sit, an vero ex emto agendum sit, & Iulianus diceret, ex empto agi posse, certe erim conditi poterit, quia iam sine causa apud venditorem est ANVLVS. Idem evincunt l. 17. ff. de praescript. verb. PLINIVS Lib. XXXIII. c. 1. KIRCHMANNVS de anulis c. XV. p. 181. BARNAB. BRISONIUS de Verbor. Signif. p. 85. 105; quorum animaduersioribus ex moribus Teutonum meorum illam addo obseruationem, quod & apud hos, forte tamen e consuetudine Romana a nostris adoptata, anulus quandoque cesserit in signum tum arhae emptionis, vid. document. apud VGHELI. VM Italiae sacr. Tom. IV. p. 137. CHESNEVM Probat. bistor. Purg. p. 33. & DVGDALIVM Monast. Anglicano Tom. II. p. 1008, tum traditionis & resignationis, vid. chartam a. 1386. apud HEDAM Episc. Vlmaieb. p. 264. ibiq. Hilari vultu, ridentiae oculis, spontanea & libera resignatione vsusfructus, vulgariter Lsfroocht, & consequenter libera resignatione iurisdictionis, decimarum & census, dictam iurisdictionem decimas & censem transferimus in his scriptis per ANVLI nostri traditionem. Ex quo etiam sponte capimus, quare in sponsalibus arha & anulus ut plurimum sponsae quandoque etiam sponfae parenti & tutoribus a sposo oblatus sit, & quare sponsam annulo subscraverit sponsus ritibus Romulidarum & Germanorum l. 36. §. vlt. ff. de donat, inter vi- rum & uxor, l. 3. l. vlt. C. de Sponsal. GRONOVIS nor. ad Gellii Noct. Atticar. XVII. 2. CVIACIVS L. XI. obs. 17. p. 502. KIRCHMANNVS l. c. cap. XVIII. p. 185. Leges WISIGOTHOR. L. III. tit. 1. §. 3. LONGOBARD. L. II. tit. 37. §. 1. GREGORIVS Turonens. L. IX. bistor. c. 41. GASSENDVS vita Peirescii L. 4. (*) Nam cum more utriusque populi recepto sponsalia celebrata sint & contrafacta per emptionem reciprocam, indeque docente LOCCENIO Antiquit. Sueo-Goth. L. II. c. 24. p. 105, Suecis etiam nunc

(*) Hodiisque in ipsis sponsaliorum & nuptiarum solemnibus anulo despontari solent neogami, qui quidem iunctus olim sive ex palea confectus adhibitus fuit, quando quidem in foro ecclesiastico ob illicitam copulam carnalem officiales iudicio matrimonium contrahere cogebantur, teste BROLO Antig. Parif. L. I. p. 69. Quoniam annulus de imo Symbolum scortationis, quod docent Constitutiones RICARDI Episcopi Seribeyensis a. 1217. c. 55. citata a Cangio gess. T. I. p. 457.

nunc audiant Brudkōp, BRISONIVS de riuu naptiar. p. 20. GVNDLIN-
GIVS de empione uxorum & Morgengabe c. i. §. 15. p. 14 sg. LEGES INAE
regis Anglo-Sax. c. XXXI p. 19. edit. Wilt; in citionis venditionis vero
negotio arha intercesserit eiusque symbolum, anulus, adposito in id prin-
cipium iuerunt, vt quod de genere, id quoque valerer de specie. Et
firmat hoc egregie, quod ipsa sponsalia in Hassia alibiique audiant der
Weinkauff, & illi qui his interfuerunt testes, Weinkauffs-Zeugen.
HEINECCIVS Element. iur. Germ. L. I. §. 193. Atqui vero symposium
loco arhae datum, id quidem constabat ex leqq.

(d) GASSARVS Annal. Augstan, apud MENCKENIVM Script. ver. nummus
Germ. & Saxon. Tom. I. p. 1533. Dei.

(e) A verbo *Gaden*, approbare appellationem nummi huius *Gades*-
geld deduxit antecellor Rostochiensis, DN. ERN. IO. FRIDER. MAN-
TZELIVS Seletor, iurid. fascicul. III, Spec. 2, p. 23. & in dis. de ingenio etymen
Germanorum qua solennitates iuridicas class. 5. §. 4. A *Gade* vero, Mantzeli
cautione, securitate, s. Gothico eggæ, *gade*, *argæ*, quod perhibente
GVDMVNDO ANDREAE in Lexico Island. p. 81. est euro, prospicio, at-
tendo, cavo, repetiri ANDREAS HOIERVS, Scholae Cathedralis Slesvici-
censium Rector meritissimus, in Obseruat. ad caput. CIII. Statut. Sles-
vicens. p. 4. edit. Slesu. 1744, cuius etiam sententiae, literis d. IO Maii
1744 Tönningac ad me datis subscriptis amicus meus, REINOLDVS
SEBASTIANVS WIDERHOLT, vir doctus & pragmaticus nemini secundus.
Agur, bono, perfecto, alii, quod corrupta pronuntiatione transferit in god,
quemadmodum in dictorio: er weiss von God kein quaad, & in appellatione
der Gottsbriefe, s. prorogatione investiturae, quae rectius dicuntur *Gotes*
vel *Gonß-briefe*. A Deo, Gott deduxit VLRICVS ZASIVS L. II. Singul. Zafii, alio.
Reßp. 24. n. 5. idque forte ex eo, quoniam res sacrae & ecclesiæ destina-
tæ inde denominationem acceperint, quod constat ex nominibus *Gottes-*
Kasen, *Gottes-Häuser*, *Gottes-Scheunen*, *Gottes-Leute* &c. Aliam cum
MEVIO ad ius Lubecens. P. III. n. 11. HAHNIO ad Wesenbec. Tit. de con-
trah. emt. vendit. n. 1. THOMASIO Not. ad Instit. p. 228. CRVSIO ad
Statut. Mindens. p. 120. fouter opinionem GROTIUS introd. ad ius Batav. Grotii.
p. 135: Welck bandgiff by ons oock genoemt werd een GODSPENNING,
om dat het ghemeenlick niet meer en bedraegt als men wel ghevoont is den
armen um Godswillen te geuen, quae nec mihi dispiicit, ex quo in usum
A 3 pau-

pauperum erogatum cistulaeque sacrae a contrahentibus illatum istum
nummum, ex ipsa quandoque iuris legisque necessitate, didici ex Statu-
tis Basileensibus P. I. Tit. 49. apud IO. IACOB. LEU im Eydgnoischen
Stadt- und Landrecht P. III. Tit. XII. §. 34. p. 398: Welcher nun nach
angeregter Aufzuffung zum drittenmahl der höchste im Bott und Bie-
ten ist, auch durch den Schuldheissen um confirmation und bestäti-
gung des Rauffs bis über den dritten Richter gefragt, und wenn von
ihm den dritten Richter, wie auch übrige Richter, der Rauff confirmi-
ret und bestätigt wird, den überlässt man nach solchen Statuten solch
liegend Gut und setzt ihm dessen aus erlegten Gottes-Pfennig,
welche in der Sonder-Siechen zu St. Jacob darzu habende
Büchse gehörig, nach Brauch und Gewohnheit der Stadt Basel
mit Urtheil und Recht in Gewalt und Gewehr. & Codice Legum ciuitatis
ENCKHYSAE fol. 180: De GODSPENNINNE an de Verkoopinge ende
Verpachtinge van de gemeene Landes Goederen, Accise ende impostes, die
van ouds tot DEN ARMEN gedeftineert zyn geweest. Van gelyke sal in
alle Verkoopinge van enige buysen ofte andere anweerde Goederen, die by
yemanden binnen deser Stede ende Vrydome van deen worden gedaen, tot
eenen GODSPENNIGH in handen van denseluen Aelmoseniers betaelt
moeten werden, by dem Kooper ende Verkooper elck half ende half van dreen
& appella-
tione dena-
gulden eenen pennigh Hollandschs. Ex quo non tam sponte patet, cur idem
tione num-
mo Spiritus, hic nummus appellatione denarii Spiritus sancti veniat in codice IVRIS
LVBECCENS. de 1240. apud Illustriß. Dn. de WESTPHALEN Monument.
in editor rer. Cimbricar. & Megapolens. Tom. III. p. 648, itemque in IVRE
RIPENSI. de 1443. art. LVII l. d. Tom. IV. p. 2015, 2006, quam & in aprico
dispulso er-
rare, de
nummo Dei
ab arha non
constituitur, eum ab arha male distinguerre IVNGIVM different. iuris ci-
vil. & Dithmarsci §. 13. & CRVSIVM ad Statut. Mindeni. p. 120. Nam &
ipse hic nummus Dei ex fine regulisque arhae in confirmationem & pro-
bationem perfectae emunoris datus est, id quod perspicue docent codices
iuris DITHMARS. d. 1447. art. 97. l. c. p. 1735. & reuifi EIVSDEM &
emendati d. 1569. art. 61. iuris LVBEC. d. 1240. p. 648. HAMBVRGEN-
SIS d. 1270. P. VI. §. 27. l. c. Tom. VI. p. 3003. HADERSLEBIENSIS d. 1292
art. 30. p. 1983. RIPENSI. de 1652. art. 79. p. 2006. FRIEDRICHSTA-
DIENSIS Tit. 8. §. 8. NEOMONASTERIENSIS parochiae art. XXXI.
MINDENSIS L. I. Tit. 9. art. 1. p. 116. STADENSIS P. VII. §. 26. ap. Perill.

SEN-

SENCKENBERGIVM Select. iuris & histor. Tom. VI. p. 330, BRVNSVLCENSIS P. III. §. 41. ap. LEIBNITIVM Script. rer. Brunsuicens. Tom. III. p. 442. AVTOR Granae legis BOHEMICAE p. 180. & literae venditionis a. 1560 ap. STATHORSTIVM Histor. eccles. Hamburg. Tom. II. p. 651: Warup & diploma. wy van gemeldesten unfer Kemmer den GOTTES-PFENNING entfangen tibus. Laten, und eme und sineus Eruen dat mehrgedachte Hus in maten obberordt, tho tevern, hiemit und in Krafft disses willen verbunden syn. Tho Ohrkund und Wahrheit hebben wy disses Breves twe eenes gelicken Ludes mit einer hand verfertigen und aver de Worte beständiger Koep utb malkander schnieden, und einen up de Kemerei in Verwahrung nehmen, den andern aver Hans Wichtenbecken (empori) to unfer Verpflichtinge averantwor-ten laten, itemque aliae a. 1543 ibid. p. 832: Henning Moller heftt up de vorbenömden Vicarien einen halben Joachims-Daler to einen GADES-PENNINGE gegeben, damit he den KOEP allenthalben bevestiget.

(f) Quem rei cuidam renuntians seu illius possessionem dimittens s. vendor, s. donans dedit ei cui rem illam dimittit, vendidit, donauit, abrenuntia- docente charia S. Annonis Archiepiscopi Colonensis d. 1055. apud CAROL. LVDOVICVM TOELNERVM Codice probat. histor. Palatinae p. 31: ibique Mibi vero reliquum dedit, ut in quoconque monasterio Sepeliretur - Sed cum ab eis inquieraremur, pro NVMMO ABREVNNTIATI- NIS monachis dedimus VIII, arpennas vinearum in Clotreno & IV. in Eigewel & calicem aureum. In eodem sensu nummus confirmationis occurrit in diplomate Eldalrici militis Moguntini a. 1057 apud SCHAN- NATVM Vindemiar. literar. T. I. p. 43.

(g) Ita enim rectius dicitur scribiturque quam *Heerigeld*, vel *Herd*- *Hergeld*. *geld*, utr quidem excidere solet, qui genuinas vocis origines nefficientes, vel cum CHRISTIANO THOMASIO diff. de arbitis empionum §. 74. & deriuatio HERMANNO, scriptore parum sobrio, Systemate iuris L. XVIII. Tit. I. Thomasii. §. 36. delabuntur ad focum, (Germanis Heerd) vel cum IVSTO HEN- NINGIO BOEHMERO, viro summo diff. de expensis criminalibus c. i. §. 7. p. 11. recurrunt ad Teutonicum *Erd*, *Herd*, *Hert*, *terra*, quasi *Hergeld* dixeris praemium, quod emprores aedium venditarum vxori venditoris in superpondium pretii dare solent, si conventum est, solvendum qui- dem ex mente viri Perillustris intuitu *terrae*, quam forsitan mater fami- lias aegre dimittit. Sed ignoscet pro sua humanitate vir magnus, cuius infi-

infinita in iurisprudentiam merita devote colo suspicioque verecundae afferentis contradictioni, quod rem ille vix ac ne vix quidem acu tetigerit. Ut enim alias multiplices difficultates, quibus sententia haec premitur, siccus praeteream, nescio sane, quos eruditorum calculos sponte sibi queat haec deriuatio, ex quo arbam illam, *Hergeld*, non emptionibus solum rerum immobilium & terrarum, sed & mobilium & se mouentium accedere est testissimum. In omnia alia nuper descendit

Mantzelii. laudatus modo DN. D. MANTZELIUS *diff. de iure redemptionis clavium ad assert. IX. not. 6.*, qua quidem hoc nostrum in sensum explicit Synonymicum pretii redemptionis clavium, vendoris uxori & filiae ab emtore ex more soluendi, vulgo *Schlüssel-Geld*, nunc etiam *das Hertze-Geld*, a *Hertza* quidem, Dea terrae, Suecis Kaerae, herbis & floribus ornata, sceptro claveque instructa conspicuaque in tabulis aeneis apud ARNKIELIVM *Histor. Cimbr. relig. gentil.* p. 114. DOEDERLINVM, MONTEFALCONIVM FALCKENSTEINIVM, cui scilicet circa emtionis venditionis contractus sacrificia facta sunt a maioribus adhuc gentilibus. Ingeniose haec proleta ingenue fateor, in quae & ego pedibus libenter irem, si modo probationis quicquam conduxissem, si veterum monimentorum fidem, quam vti in argumentis philosophicis ratioiniorum pondera, in historicis proram pupilliisque absoluere puto, excitatset vir rerum patriae studiosissimus. In quibus cum de eiusmodi sacrificiis *Hertiae* circa negotia emtionis venditionis oblati me quicquam legere vix meminerim; *Hertiae* Deae vero, (cuius a TACITO in insula Oceanii memoratum templum & castum nemus ALBERT. GEORG. SCHWARTZIUS V. C. in *Geographia German. Septentr. nation. Slav.* *Seit. II.* p. 99. *Seit. III.* p. 211 f. & IO. DAVID. IANCKEN prodr. *Pomeran. literat.* p. 261. CLVVERIUS *German. antiqu.* L. III. c. 27. in Rugiac peninsula Iasmundenfi; CASPAR DANCKWERTHIUS *Chorograph. Cimbr.* P. II. c. 13. p. 152. f. PONTANVS *Chorograph. Daniae* p. 737 f. ADAMVS BREMENS. *de situ Daniae* p. 137. & ARNKIELIUS d. l. p. 115. in Heilgolandia Cimbrica, rectius vero in insula Daniae Sialandica, sigillatim Lethrae, quae sunt inuenienturque STEPHANIUS in *not. ad Saxonem* p. 74. 75. RESENIVS in *Atlant. Daniae MSCto.* IO. PET. ANCHERSEN in *Valle Hertiae Deae* f. originibus Danicis snrod. S. IV. p. 3. f.) tenuem admodum in Germania superiori, cuius tamen dialectu maxime frequentatur *das Hergeld*, memo-

memoriam, nullas nominis reliquias deprehendo, nec meum erit inge-
 niosae quantumvis coniecturaliter in praesenti. Si quid ergo recte teneo Præsidis
 & nisi me omnia fallant, *Hergeld nummi sacri synonimum idemque cum*
 illo esse, ipsum innuere puto etymon. Nam *Her*, *Heer*, *Hir*, lingua patria
 est *sancutum*, ut inde denominationem hospitiorum publicorum, *der*
Herbergen, eleganter & contra committentes criticorum aberrationes deduc-
 xerit, *sancutaque* quasi tecta publica haec viatoribus recipiendis extructa
 loca dixerit ill. CHRISTIAN. LVDOVICVS SCHEIDIVS, Academiac Haf-
 niensis decus honorisque *disp. de cauponarum origine & iure & magistra-*
tus in iis ordinandis cura §. IV. not. f. memor siquidem veterum Ger-
 manorum erga hospites pietatis & testimonii IVLII CAESARIS de bello
 Gallico L. VI: *Hospites violare fas non putant, hos qua de causa ad eos*
venere ab iniuria probinent SANCTOSQUE habent. Accedunt *Herstrasse*,
Hertedahl, locus castus, inaccessus, sanctus, sanctio poenali munitus pu-
 tante ANCHERSENIO l. d. c. 6. §. 6. In significatibus verborum iuris Cim-
 brici, Danici & Normannici occurrunt *Herreverck*, *Herreverck*, *Herwerk*, *Her-*
zoerk, *Haerewirk*, crimen fractae pacis & viae publicae, rerum sancutarum
 violatio & deuotum terribleque facinus. vid. PARVVM THORDONEM
 in concordantiis iuris IVTICI §. 47. 85. 92. IVS IVTICVM L. II. c. 30.
 L. III. c. 41. 48. 49. 50. SIALANDICVM L. II. c. 20. L. VI. c. 7. *Constitutio-*
nem ERICI a. 1369. §. 6. & qui iuris Danici & Normannici textus hic fa-
 cientes adduxit conciliatique OTTON. IACOBUS: BULLIVM Alphabeticum
 Register over Dænke og Norske Lov, Hafo. MDCCXXXIII. 4to edit. v.
Herwoerk, nisi quisquam illud cum IO. GRAMMIO, Ocello Dianae, in
Obseruat. de vocabulo Herremand §. 15. Part. III. *Scriptorum Societatis*
Hafniens. bonis arribus deditae p. 376. deduxerit ab antiquo *Heria*, va-
 stari, populari, Danis *Herje*, nobis *verberen*. Gemina his sunt die bire
wende, delicta grauissima, in notissima cantilena filii cuiusdam regis Sa-
 xonicibz ab HENR. MEIBOMIO de Irmensula Saxonica c. II. adcitata repe-
 titaque a CHRIST. SCHLÖPKENIO Chron. Bardouicensi P. I. c. 7. §. 20. p. 91,
 vbi tamen impegne merito dixerit LVDOV. GOECKELIVM quod *diff. de*
forma iurisdicti criminal. apud Germanos, Altorfii MDCCXXXV. *habit.*
Seſt. I. §. 9. hire wende dicta putauerit a latino *hero*, domino, expli-
 cueritque poemam a domino in bello capto soluendam. Quae cum ita Homony-
 se habeant, vix erit, quod in significatum synonimicum des *Hergeldes* ma, Her-
 degeld.
 B a quo-

a quopiam adducatur, das Heerdegeld, s. Herde schilling ap. SERRARIUM not. ad epistol. Bonifacii p. 322. expensae scil. criminales, a subditis erogandae, more quarundarum Germaniae regionum. Quae cum, vt alia pleraque onera, seruitia, bedae & contributiones, exactiones & stiurac terris inhaerent, & praestitae sunt praestenturque etiamnunc ab agris, areis, fundis, rebusque fundo impositis, *Perill de WESTPHALEN* praef. Tom. I. Monum. inedit. p. 33. s. facile est ad intelligendum nomen eas accepisse germanico *Erd*, *Hert*, Cimbrico & Gothicō *Ar*, Anglo Saxonico *Eria*, *Eare*, Frisico *Era*, terra, quae dicitur ab *ar*, *arna*, *arian*, *eren*, arum curare & cultu terrae, docentibus *WORMIO*, *VERELIO*, *LOCCENI*, *SPELMANNO*, *WACHTERO*, *IVNIO* aliis. Ut inde *Arnaegiald* vel *Arengiald*, cuius frequens lectio est in diplomatis Cimbricis sigillatim in priuilegio ERICI Glipping regis Daniae, ciuitati Sleswicensi a. 1272 concessio ap. D. IO. FRIDEKICVM NODTIVM, virum pl. reuerendum in Beiträgen zur Erläuterung der civil, Kirchen und gelehrten Historie der Herzogthümer Sleswisch und Holsteins P. III. p. 167, putaueris censum terrae, agrorum, arearum & frumenti, vulgo Orbedam & terragium; licer in sensum pecuniae expeditionis natalis, soluendae quippe ab eis, qui ab expeditione nauali obcunda exempti erant, arripuerint nonnulli. Quomodo vero cum his illorum conciliari queat sententia, qui *Herdegeld*, vel *Heerd-recht*, quod in charta 1276 apud HERDITIVM diff. de iustitate vulgo Cisterciens. vnd. libertate Sect. III. §. 15. p. 292, in commodis dominii & adiutoriae recentetur, deducunt a *Herde*, *foco*, Danis *Arne*, Suecis *Arn*, Anglo-Saxonibus *Hartb*, *Heorth*, eo quod contributiones eiusmodi locis quandoque impositae *Focagia* saepenimo audiant, BESOLDVS Conf. III. p. 176. BETERVS de expens. execut. criminal. c. 9. Ill. PV FENDORFFIVS de iurisdictione Germ. P. II. Sect. 3. c. 1 §. 150. p. 376. & quod Germani immobilia possestiores eos aestimauerint, qui proprio eaumate instructi (vtror verbis codicis iuris Lubencensis latini) die ihr eigen Feuer und Heerd haben, Angl. *Heorbfest*, id quidem facile patet ex antecedentibus. Alium vero ab his diuersum significatum *Focagii* s. *Fogagii*, in sensum pecuniae, quae pro gramine soluitur, si pecudes in fylas saltusque regios ad depascendum mittuntur, a festo omnium SS. vsque ad festum S. Petri in Quadragestina, ex Legum Scotorum forestalium c. XVI. eruit exposuitque IO. GVIL. HOFFMANNVS Obseruat. iuris Germ, L. II. c. 2. p. 171.

(h)

*Focagia**Fogagium*

(b) In iure BORVSSICO L. IV. Tit. 6. art. 7. §. 3. & WVRTENBERG. *Haffigeld*,
P. II. Tit. 9. §. 11. Idque a germanico *Hafft*, *vinculum* quoniam arba firmavit *Hafft*, *pfen-*
contraactum, ut recte animaduertit **BESOLDVS Delibat iuris L. XVIII. qu.** *ming-Geld*
16. & LAVTERBACHIVS diss. de arba c. 1. §. 6. Inde *hafsten*, *dafür hafsten*,
fiducubere, & *Hafft Penning*, cautio pignoratitia. Culnam ingreditur B.
THOMASIVS, qui l. d. §. ollas & vafa vitrea, vulgo *hafen* in subsidium error Tho-
etymologie vocat, adducta ratione, quoniam vxori venditoris datur *mali*
ille numimus sit ad emendas ollas, vel quod iniiciatur ollis culinarum,
quarum curam gesserunt vxores Germanorum. Quod vero quam sit fri-
gidum & ieiunum, incurrit in gustus & tensus, & plane opus non erat,
quod **SPEIDELIVM & WEHNERVM** rectius calculos subducentes intem-
pestiuia critica notaret vir ille celeberrimus.

(i) Apud Anglo-Saxones quidem docente AELFRICO in *Glossario* Wedlac
p. 74: *Arrabo*, *Wedlac*, a *wed*, *wetti*, *wad*, unde latino barbarum *Va-*
dium, Gallicum *Gage*, pignus, & symbolum sponsionis, & *lac* offerre,
testibus BENSONIO *Vocabulario Anglo-Saxon*, b. v. IVNIO Observat. ad
Willeram p. 113. BIGNONIO ad *formul*. *Bignon*, apud BALVZIVM
Tom. II. *Capitul. reg. Franc.* p. 979, & HVGONE GROTIUS prolegom. scri-
pтор. *Gothor*. & *Vandalor*. quorum pars quaedam proximo abhinc anno
sub indice commentarioli de veteri iure Germanico & Suecico recusa pro-
dit *Marpurgi Cattorum*. Apud Helvetios audit *Werpfenning*, cautio pi-
gnoribus data, quod docent *autores glossarii vetustis statutis Zurichen-*
sibus (*Richte-Brief der Bürger zu Zürich*) adiecti, Part. II. *Bibliothecae*
Heluet. p. 126. Quod quidem pignus cum manu stipulatae inter-
ventione absolutum sit plerumque, evenit ut ipsum *wette*, fidem
manu interpositam innueret saepenumero. Eo enim tendunt *Glossae*
Theoreticae apud BERN. PEZIVM Tom. I. *Anecd.* p. 337. 360: *Dederunt*
manus suas: *Gapun wetti*, & *traditiones Friisingenses apud CAROL.*
MEICHELBECKIVM Historia Frising, Part. *instrum.* p. 190: *Tulit wadium*
suum in sua manu & tradit in manus.

(k) Non in sensum assis vel semissis, sed diuisae maxime dentibus, Halber-
monetae, einen mitten durchgebissen Groschen oder Schilling, siqui-
dem mos ita tulit, ut perfecte emtionis contraactu, moneta minor, den-
tibus in medium secata discriptaque arhae loco inter contrahentes per-
mutaretur. *Quem morem etiam in sponsalibus infuniae plebis Meck-*

lenburgicae annotauit D. MANTZELIUS *Select. iurid. Spec. XLII.* p. 176; & simile quid prae se ferre ritum, quo annuli fracti pars dimidia sponso oblati symbolum olim innuit sponfaliorum, facile intelligitur ex PETRI ZORNII *Biblioth. Antiqu. Exeg.* p. 326.

Gerfuma.

(1) Quam ipsam arham iuris Germanici & Anglo-Saxonici, pecuniam in pactionem emptionis datam clare innuunt HENR. SPELMANNVS *Archaeologo* p. 263, *chartae apud GVIL. KENETTVM Antiqu. Ambroſd.* p. 125. 178. 194. 225. 392. MADOXIVM *formul. Anglicano* p. 182. SOMNERVM *Tr. de Gavelkynd* p. 177. GALEVM *Script. rer. Anglo-Sax.* T. I. p. 117. ROGERIVM *DODSWORDIVM* & GVIL. DVGDALIVM *Monast. Angl.* Tom. III. p. 136. Tom. II. p. 920. ibique: *Pro hac autem emione dedi praedicto Radulpho unam maream argenti in GERSVMM & singulis eius fratribus XII denarios.* Alioquin etiam apud Anglo-Saxones *Gerfuma*, quae pro delictis soluitur, compensatio, quam fere conuenit Cimbrorum *Giorſum*, *Görſum*, *Görtzeu*, superpondium weregildo adiectum, ex mente iuris statutarii FLENOPOLITANI a. 1284. art. 72. p. 1923: «Si quis ciuium in ciuitate hominem interficerit, & suus per hoc pace priuatus fuerit per octo veridicos, satisfaciat domino terreae in XL marcas denariorum & totidem ciuitati. Cognatis vero interficti decem & octo marcas denariorum, cum marca auri, quae *Giorſum* dicitur, emendabit, totius regni in hac consuetudine obseruata. Ab Anglo-Sax. *Gerſo*, paratus, hoc vocabulum deflectit GVIL. SOMNERVS *Gloss. b. v.* & terminatione *Sum*, *Some*, qualitatem rei denotante, quam quoque deriuacionem suo calculo probat STEPHANVS SKINNERVS *etymologicō vocum forensi. Anglo-Sax.* quod Partem III. etymologicī linguae Anglicanae Londini 1671. typis Roycroft prodit, constituit.

(m) A Germanico *dingen*, pacisci, quod arha nota paetum aliquod antecellisse. Ut ergo non placat sententia MADERI, qui *diss. de arbis t. 1. §. 3.* hoc vocabulum restringit ad solum locationis conductionis contractum, quo conductor proprie dicatur *der dinger* & nummus in confirmationem & probationem locationis datur *der Dingpfenning*, cum tamen nemo sit, qui nesciat, de emptore cum venditore de pretio tractante etiam hanc locutionem & *rō dingen* usurpari, er habe es bedungen. Caeterum habes quoque hoc *Dingpfenning* in significatum canonis a rusticis

**Dinggeld,
Dingpfen-
ning.**

sticis & Hubariis domino directo praestandi in rotulo Capellensi apud
IO. SCHILTERVM de curiis dominicalibus, quae adiecta est commen-
tario eius iuris feudalis allemann. p. 372.

(n) In Legibus scilicet veteris HILDESIENSIBVS apud III. CHR. VLR. Oringe
GRVPINM Orig. Hannoveran. p. 234, nec non NORVAGICIS teste
BIELKIO gloss. iur. Noruag. u. Skiopnings pennigs ore. Ore autem Sa-
xonibus & Gothis est metallum, DICKMANNVS Obseru. rei nummar. pennings
obs. III. §. 1. 2. SPEGELIVS Glossario Suec. Gotb. u. Ore p. 338. WIL-
KINSIVS Gloss. Legib. Anglo-Sax. adiecio p. 417. SOMNERVS Gloss. X.
Scriptor. Angl. Seldeni v. Ora. vnde est ortug, tertia pars nummi örn
dicti, quorum XXIV. vnam marcam conficiunt; Ornawinge, moneta
Gothica, quarum XXI. plus minus vnicam marcam & singulac per se
XVIII. obulorum valorem adsequuntur. III. CHRIST. DE NETTEL-
BLADT de iure circa rem monetariam in Suecia c. 1. §. 12. p. 10. STIERN-
HIELMVS ad Leges Westro-Goth. p. 95. Porro Ore monetae Cimbricae
& Septentrionalis minorioris species, conficiens valorem XV minuta-
rum. DOLMARVS ad ius aulicum Noruagor. p. 504. STIERHOECKIVS
de iure Suon. veteris p. 134. quae in Codice Statutorum SLESVICEN-
SIVM cap. CX. dicitur Orepennige. Ut inde suspicandi ansam non te-
mere arriperet aliquis, quod Oringe natales suas repeatat ab Oris, num-
mulis leuidensibus, in summan arhae quippe datis.

(o) De qua appellatione audiamus STEPHANVM SKINNERVM, Fine.
glossario vocum forensi. b. v. "Vox, inquit, nos πολύσημος. Vulgatiores
autem sensus sunt, primo solemnis transferendorum praediorum in
curia regis actus. Secundo summa pecuniae pacta & condicta, quae
incundorum praediorum causa domino persoluitur a native vel here-
ditarie tenenti, vel elocanti a conductore, olim Gerfurna dicta. Ter-
tio pecunia regi persoluta pro licentia transferendi praedia. Quarto
multa grauior grauioribus delictis vel a rege vel a magistratu, vel a
domino manerii seu pagi imposita, Spelmannus deflebit a latino finis,
quia peracta sollemni alienatoria formula vel repraesentata pecunia pa-
cto, vel delicto finis adhibitur.

(p) A manu quidem & dextra, quam WILDVOGLIO, STRYCKIO, Handgeld,
PAVLINI, WVRMIO, EVERH. OTTONE iurisprud. Symbol. Exerc. II.
& X. aliisque docentibus, fidei sacrauerunt cordatisissimi Maiores, adeo ut a fide ma-
non nuali.

non solum ipsa vox *Glaube*, fides, *Geloven*, stipulari, *löste*, sponsio à *lofa*, *lofi*,
llaw, manu caua, & Slavicum *ruciti* fideiubere, fidem interponere, na-
 tales arcesserit a *ruka*, manu stipulata, IO. HEVMANNVS *comment.* de
Salmannis §. VIII; verum etiam, vt quod *dextra* pactum aut *pollice* cera
 impresso promissum, non minum firmum ratumque haberetur, quam si
 aut iurecurando aut syngrapha eset obsignaturet. SCHEFFERVVS memo-
 rab. gent. Sueo-Gothic. c. XIV. VERELIVS *histor.* Sueo-Goth. L. I. c. 1.
 GROTIUS prolegom. ad script. rer. Goth. p. 53 in fin. LOCCENIVS Anti-
 quit. Sueo-Goth. L. II. c. 16. Ipsa ergo fides manu data s. *manualis* iur-
 oriae fuit *acquiparata*, eiusque violatio (Brechung der Handtreue) in-
 cedit in *periurii* crimen, luendum quidem ex principiis iurisprudentiae
 criminalis veterum Germanorum, quae per quae quis membra peccauit,
 per eadem puniuit plerumque, vel digitorum manusque amissione, *Le-
 ges* GOSLARIENS. apud LEIBNITIVM Script. rer. Brunsv. Tom. III.
 p. 522. MENGKENIVS Script. rer. germ. Tom. I. p. 1742. KÖNIGSHOFEN
Chron. Freiburg. p. 16. vel poena banni civilis & ecclesiastici, infamia &
 pictura famosa, violatorem pileo albo, (qui symbolum ignominiae,) ma-
 nibusq[ue] caeruleis exhibente, quod docent ANGELVS *Annal. Brandenb.*
 L. II. p. 180. BVCHANANVS rer. Scotie. L. IX. p. 320, quibus accedit
 charta sententiae arbitralis a. 1244 inter Iohannem I. Episcopum Lube-
 censi. & Henr. Godow ap. LVNIGIVM *Spicileg. eccles.* Tom. II. p. 303.
 „Ad huius rei certitudinem dominus Henrieus se adstrinxit domino Go-
 deschalco praefecto, Hemmingo, Volrado Lapidi, Ovono Lulco mi-
 litibus, in *manibus singulorum fide praesita*. Quodsi aliquis horum
 „violauerit, in poena additum est, vt ipso iure ad malum recidivis
 „*periurus* habeatur & sicur ante dictum sit in vinculo domini Episcopi in-
 nodatus, quod Meteban (rectius Mezeban) vulgariter nuncupatur. Et
 fragmentum chartae apud CAROLVM CANGIVM gloss. med. & inf. lati-
 nit. Tom. III. p. 1618. nouiss. omissionis. Promisit Butelerius hoc ipsum
 velle se facturum, unde t[em]p[or]e manum suam posuit in manu mea, quod
 loco IVRAMENTI *habeitur*, cui adde legem SCANIAE peruetustam L.
 XIV. p. 2079, qua quidem non tacto solum sacro libro, sed vtroque con-
 trahente manum suam in manum alterius innentente fides exhiberi dici-
 tur *iuratoria*. Variae igitur ex fide Teutonum manuali in iure Germanico
 omnis aucti exsurgent conclusiones, quas summatim tangam, vt de nostro
 ex qua va-
 ria morum
 Germ. argu-
 menta ex-
 plificantur.
 accu-

accuratius judicare valeamus. Primo enim intelligimus formulas: *fide* primum,
manus littera praesita, *fide manuali promittere*, *mit handgegebener Treue*
an Eydē stat, *mit erfamender hand*, *mit gewende hand*, quibus in-
 structa sunt medii acui diplomata & codicilli ap. Illustriſſ. Academiae no-
 strae Curatorem Dn. de WESTPHALEN Monument. inedit. Tom. III. p.
 1513. Tom. II. p. 141, 143, 2210. MARQY HERGOTTIVM genealog. di-
 plomat. domus Habs. Tom. II. p. 195. DEZIVM & HVEBERVM cod. dipl.
 epistol. P. IV. p. 401. HEINECCIVM Antiquit. Goslariens. L. III. p. 307.
 DV MONT dans le Corps diplomatique du droit des gens ſect. I. P. I.
 p. 128. Perill. SENCKENBERGIVM Select. iuris & hiflor. Tom. I. p. 244.
 SCHROEDERV M Megapoli papistica Tom. I. p. 93. Tom. II. p. 1218,
 ſexenti alli. Tum & dicimus, quare *manus fiduciariae*, *fidae*, secundum,
aequae nomine venerint vel personae quarum fidei aliquid committitur,
 vel ipsum negotium ab his mediatoribus ſuceptum celebratumque v.
 MADOXIVM form. Angl. p. 216. DVELLIVM Mifcell. L. II. p. 262. IOAN-
 NEM Script. rer. Mogunt. T. III. p. 508. Spicilegio tabular. veter. p. 448.
 MARTENE Tom. I. ampliſſ. collect. monum. p. 98. T. II. p. 32. Terrio per-
 cipimus quare negotia iudicia & extra iudicia hoc ſacratae fidei sym-
 bolo plerumque absoluta, quare resignationes & traditiones rerum allo-
 dialium in iudicis Saxonis expediundae olim fuerint
 per pollicem dextrum, digitisque vel incurvatis vel extensis, vid. chart.
Liemar Archiepisc. a 1086 ap. LVNIGIVM l. c. Tom. I. p. 93. LAMBECIVM
 Origg. Hamburg. L. I. p. 40. LINDENBROGIVM Script. rer. septentr.
 p. 168. chart. Eilhardi & Hildemari de Oberg a. 1360. ap. Ill. GRVPIVM
 Origg. Hannover. p. 29. cb. 1099. ap. SCHANNATVM Vindem. liter. Tom. I.
 p. 41. quareque horum quidem vicem quandoque signi instar pro re signa-
 ta ſubierit, chirotheca, ranta, gantus, NOTGERVS vita S. Hadelini
 Confess. n. 13. MABILLONIVS Annal. Benedict. Tom. III. p. 709. VGHEL-
 LVS Italiæ ſacr. Tom. III. p. 49. 61. DVGDALIVS Monast. Angl. T. II. p.
 62. LINDENBROGIVS l. c. Porro inde ratio recluditur, quare conſen-
 fus propinquorum in alienandis rebus hereditariis & atauitis in iudicio
 declarandus fuerit *manuum iniectione*, chart. tradit. ap. CAROL. MEI-
 CHELBECKIVM Hiflor. Frising. Tom. I. part. infir. n. 510. p. 268. Quimo quintum,
 habemus, cur resignationes feudorum, ſuceptio banni regii, prouoca-
 tiones ad duella expeditae ſint *sunt signis antparum*, Ill. GRVPIVS in An-
 tiquit. quattuor.

tiguit. germ. illustrat. iur. Saxon. & Sueuici inferuent. c. 1. §. 15. p. 35 f.
 sextum & sexto quidem, cur fideiūffio a tacta & apprehensa debitoris & iudicis
 manu nomen sortita sit *manucaptionis*, & fideiubere, *manucapere*, vid. ch.
 1306. 1369. ap. RTMERVM actor. publ. Angl. Tom. II. p. 1005. MARTE-
 NIVM Thes. Aneid. Tom. I. p. 1509. IO. BROMTONIVM Chr. Angl. ap. IO.
 SELDENVM Script. X. rer. Britann. p. 1039. COVELLVUM in the interpre-
 ter. u. Maimprise, SOMNERVM gloss. v. *Manucapere*, & transactionem
 iudicialem a. 1555, cuius in schedis Oldenburgenibus obviae en fragmenta:
 Desfalls hebbent de bemeldten Jacob Heynsen unde Marquard
 Holm vor sich und dyhen Mede-Erven und den bendinten Lovere und
 Börgen mit beyde Partien hoch verpflichtende Handaufstellung ge-
 stellet. Nunc & septimo, percipimus quare legitima impedimenta alleganda
 olim probandaque fuerint moribus septentrionalium per testium *contractum*
manualem, docente lege SCANICA L. VII. c. 7. "Citatus in ius, licet iustum
 " causam habeat residendi, debet tamen pro se transmittere, qui non tacto
 " facro libro, sed contactu manuum, utraque scilicet manu manum alte-
 rius contingente testificantur, eum ne veniret iusta causa praepeditum.
 Hinc & octavo non later, cur Guaranda (die Gewehr der Klage) hodie
 quidem in iudicis Saxonum *stipulata manu*, olim vero *ore digitoque ab*
 actoribus praestata sit, quod vocabant mit Finger und Zungen gelobeti, vel
 stippen, stupfen, stepfen, a stippe, stup, stupf, stup, punctum, quia ad
 significandum consensum digitii medii anterior pars ad aliquod coram iude-
 dice pulsabatur, id quod dilucide intelligitur ex iure vetusto GOSLA-
 RIENSI l. c. p. 489: *Wenne men enes egenen Vredē wacht vor Gerichte,*
so schal de Richter vragen dene de dath leib off be des vullborde, so schal
be des bekennen und schal UPPSTIPPEN uit deme VINGER. add. LAV-
 RENTIVM ANDR. HAMBERGERVM diff. de non vsu *stipulationum* &
vsu pactorum in foris germ. c. 3. §. 6. p. 79 f. MARTINI ad Ord. process.
 Saxon. Tit. XII. n. 4 f. Ut vero nono de ritu, quo olim porrecta manu,
 pax composita & inimicitiae sopiae sunt, (wenn der *handsfrieden* gema-
 chet,) post obseruationes SCHILTERI Thes. Antiquit. Teut. T. 3. p. 327.
 mil addam; quis tamen dubitauerit, quin patro iure *data dextra* (der
 Handschag) obligauerit, negotioque contrahentium consensu quidem
 perfecto, *data dextra & manuum* complosione, a terro diligendenda,
 (wenn der dritte Mann durchschläget) firmamentum accelerit, s. signum
 in-

indissolubilis firmitatis, vt loquitur lex SCANIAE L. V. c. 6, vbi manifestum est, quod ipsa inter mortales celebrata pacta, der *Handlungen*, signillatim emptionum des *Kaufschlags*, permutationum *cambii*, sponsaliorum des *Verlöbnisse*, *Broutolust*, *Trolöfning*, *Handfäftata* nomen acceptant a manuali symbolo, ECCARDVS ad Legem Salicam p. 73. Leges WESTROGOTHICAE Tit. II. c. 2. p. 16. edit. OL. RVDBECKII, IOH. HERMANSON de ritibus nuptiarum apud veteres Sueo-Gothos Scđ. I. §. 6; vbi adeo locationis conductionis contractum non prius perfectum, quam manum suam locator in manus conductoris percusserit, censet lex SCANIAE L. XVII. c. 1. p. 2082: *Contractus locationis & conductionis consenserunt contrahentium celebrantur, sed impune rescinduntur, donec iuxta consuetudinem approbatam percussione MANVS unius in MANVM alterius resboretur;* vbi resilientem a contractu manuum contactu roboratum non acque mitius dimiserunt septentrionalium instituta, quam illum, qui pactum nuda & simplici promissione absolutum postea reuocauerit. Lex SCANICA L. IV. c. 44: *Qui promissionem super venditione alicuius terrae noluerit adimplere duas horas secundum quosdam, si nuda & simplici promissione fecerit, & sex horas communi iudicio si CONTACTVM MANVM roborata fuerit;* vbi denique generalem hanc regulam, in legibus borealium codicibus frequenter memoratan, exstruxit domestica Themis: *quod dextris iniuciem datis & re aestimata legitime confecta sit EMPTIO* (Taghar bandon ar samman takte wart ock wingat, tha ar leghika köpt) vid. Leges SVECORVM GOTHORVMQVE a RAGVALDO INGEMUNDI, Ecclesiæ Vpsal. Archidiacoно a. 1483 latina dictione donatae, a MESSENIO Holmiae 1614 editeae L. XV. c. 13. p. 327. Leges PROVINCIALES regni Sueciæ Tit. XV. c. 15. p. 163. edit. LOCCEII & VERELIVM in indice Scylo Scand. p. 108. CAROL. LVNDIVM de iustit. & iure Sueon. c. 3. p. 162. Idem de moribus Hispaniac & Arragoniac, qua quidem docentibus CAROL. ISERHIELMIO diff. de regno Westro-Gothor, in Hispania c. IV. §. 4. & GVLDENSTOLPIO in praeliminariis ad bistor. regum boreal. p. 109. hodieque caput efferunt institutorum Gothicorum reliquiae, testimonium dixit JOSEPHVS ASESSE Decis. regni Arrag. Tom. II. dec. 181. n. 21 f.: “Ad validitatem contractus venditionis sumnopere consideratur de foro, fuisse factam precii conventionem PER PALMATAM inter emtorem & venditorem, & quando partes

C

,, capiunt

„capunt se per manum, si postea fit aliquid in contrarium, praesumitur proditorie factum quasi fracta per fraudem fide, nec datur aliquod signum ad significandum per quod quis dat fidem suam, quam datio manus dextrae, digitis enim testes esse solent fidei, & datae fidei ab aliquo magnac & efficacis promissionis, imo habet vim IVRAMENTI. Et de Gallia CAROLVS FRESNEVS Gloss. Tom. V. p. 80. u. Palmata: Palmata dicitur, quod in signum pretio conuento dextram dextrarum committere solent, cuius violator multam subiacebat.

Topgeld,
Topfchil-
ling.

Homony-
mon

(q) Quod idem est ac *Handgeld*, *Handreu*, siquidem *rosspen* dicitur a manibus iunctis, vel a pollicibus utriusque contraheatis crectis & fibi oppositis, contractumque adeo est ex verbis: *tho hop*. Vnde in ore plebis sponiones & contractus iunctis manibus firmantis frequentius & e vestigio: *Töp!* In significatu *terragii* & solidorum de areis praestandorum legitur *Topfchilling* in charta Bertrami Episcopi Lubencis. a. 1351. ap. *Illustriss. de WESTPHALEN Tom. II. Monument. inedit. n. CCVII. p. 198.* Puto tamen describendum *Toffsibilling*, idque ex eo, quia *Toffe*, docentibus diplomaticis ap. *DVGDA利VM Monast. Angl. Tom. I. p. 524. 247. 250. 744. Tom. III. p. 155.* *MARTENIVM Tom. I. Anekd. p. 248.* *SPELMANNO Gloss. p. 540.* *ECKENBERGERO repertorio iur. Iurici u. Toffe*, ideo mate Cimbrico & Anglo-Saxonico sunt mansiones rusticæ, a quibus eiusmodi census & praefestationes reales ab earum possessoribus exigi constat inter omnes.

Weinkauß.

(r) Sunt qui praeter rem ingenio indulgent & ne sermonem publici saporis habuisse videantur, aperitissimas huius vocabuli rationes etymologicas & quae sponte se producunt, quaerunt in vetusto *Vine*, *Vinur*, quo *amicos* denotabant Germani, testibus WILLERAMO Cant. Canticor. V. 10. 11. 8. VI. 10. VIII. 14. *VERELO* indice *Seyho Scand. b. a.* SCHILTERO Annot. ad *Königshofi Chron. Alsat. Obs. III. §. 9. p. 402*, adducta quidem ratione, quod Germani in emptionis venditionis testimonium adhibuerint ad citauerintque amicos suos, ut ergo *Wyncops Tage* ex eorum mente sint *Vincops Tuge*, amici, emptionis testes. Sed cum hanc derivationem non alio modo habeam, ac si quis ex necessitate emptionis *rebitum* praesentia celebranda, in pandendo huius vocis significatu recurret ad Cimbricum *Wynd*, testimonium, vnde *Dingeswind* testimonialia iudiciales, *Windeslude*, testes iudiciales, IOACHIM. BLVTINGIY\$ Obseru. iur.

(**) Quod quidem sapit inueteratam illam superstitionem cultumque equorum alborum, qui traducis instar a Scythis deriuatus ad Germanos, testo quidem TACITO quod proprium genit' fuerit equorum praeficia & monitus experiri, & quod publice aluerit nemoribus & lucis candidis & nulla mortali opere contactos quos rex vel princeps ciuitatis comitentes, bimibusque atque fremitus obseruent. Nec vili auspicio maiorem fidem non solum apud plebem, sed & apud proceres, et apud Sacerdotes. Se enim ministros Deorum, & consiliorum illos consciens putare. Inde non solum equi albi Diis, praefertim Soli, Vrano, Iurreboco, & Suantonio sacri oblati in victimis, OLOFS SAGA c. 107. OL. RUDBECKIUS Arlant. T. I. c. V. p. 119. PERINGSKIOLDIVS de Heliolatv. thes. XI. p. 23. DITMARVS Merseb. L. I. ap. LEIBNIT. Script. ver. Bruns. T. I. p. 327. HARTKNOCHIVS de cultu Deorum apud veteres Boruss. §. 2. p. 160. Perill. Dn. de WESTPHALEN praeft. T. IV. Monument. med. p. 208. Tom. I. p. 545. Tom. III. p. 217, adeo quidem, vt neque lieuerit equum album ad usus domesticos alere, PETR. de DVISBVRG Chron. Pruss. P. III. c. 6. p. 85 f. neque carne equina vti ad sustentandam vitam deliciasque palati explendas, KEYSLERVS Antiquit. Cest. & Sepentr. p. 322; verum etiam auspicia feris adhuc temporibus per equos albos sumita sunt apud gentes Slavicos, Stettinenses, Luiticios, Pomeranos, Rugianos, Borussios, Liuonios &c. SAXO histor. Dan. L. I. c. 14. p. 312. SCHEDIVS de Diis Germ. Sygr. II. c. 45. CRANTZIVS Vand. L. V. c. 12. SIGFRIDVS vita S. Ottonis L. II. c. 12, quod inscriptum est de prophetizante caballo, PAPEBRO-CHIVS in not. ad vitam S. Viti Actor. SS. Mens. Iun. Tom. II. p. 1020 f.

alius puerum adductum eodem ritu Scuthae donabat, & alius vestimenta in usum uxoris. Timasius cum ei propinaret, argenteam phialam cum tapete, qui X minaram pretium habebat, dono dabantur. Nam pincernae mandarunt Heraclides, ut Xenophonti cornu porrigeretur. Et Xenophon, qui paulo largius bibisset, confidenter surgens, accepto cornu. Ego vero inquit me ipsum dono, mi Scuthe, cum his sociis meis. Tum surgens Scuthe, una cum Xenophonte bibebat, & ille, qui proximus ab ipso erat partem porrigerbat. Nec reticere possum, ipsum traditionis per cornua ritum symbolicum, eumque Germanis & Anglo-Saxonibus frequentissimum, ita comparatum mihi videri, ut origines eius commode rimentur inueniantque lagaciores in more Maiorum, nullum fere aliquis momenti actum sine symposio vel certe sine vini potusque cerealis haustu explicantium. Putamus enim ipsa cornua & pocula nam & scyphis marmoreis & argenteis traditiones factas constat ex SIMEONE DUNELMENSI hist. Angl. L. III. c. 14.) ab utroque paciente in signum perfecti contractus euacuata, cessille tum in symbola traditionis & inuestiture, adseruanda in memoriam & in probationem, si opus videretur, in sacrariis templorum, id quod euincunt in aliis GVILIELMVS MAMESBRIENS. de gestis reg. Angl. L. II. c. 8. chart. Friderici comit. a. 1202. ap. du MONT Corps diplomatique T. I. P. 1. p. 128. FRESNEVS

Gloss.

Chyon, Liuoniae veteris a IO. DAN. GRVBERO edit. p. 7. Cur ergo in nuptiarum veterum Germanorum solemnitatibus auspicio loco abhibitus fuerit equus? TACITVS de M. G. c. XVIII. RVRBECKIVS T. II. l. c. c. XXIV. §. 4. AYRER de nuptiis veter. Germ. §. 2. cur & idem albus praecipue in recognitionem penzionumque loco oblatus? vid. Breue Benedicti VIII. PP. a. 1012. ap. LVNIGIVM Spicil. eccles. Vol. II. v. Bamberg. p. 11. id quidem patet ex antecedentibus. Cur vero equus non nisi albus? cur non niger & fusco colore distinctus? Optime respondet OTTO SPERLINGIVS not. ad Adam. Bremerf. p. 65t. edit. Westphal: "In rebus ad sacra pertinet, nentibus ibi illis non minus quam gentibus pluribus candida & pura omnia. Hinc candida vestis, hinc fontibus subiecta & candidi equi in praefagiis, quea ex illorum hinnitibus petebant. Plura forte eaque edecumatiora huius argumenti apposuit III. LENTZIVS schediastmate non ita pridem edito: Vom Verzug der weißen Pferde, quam quidem oppellam hucusque ad manus meas non devenisse insigniter doleo.

Gloss. med. & infim. latinis Tom. III. p. 1521. Quicquid vero id est, de antiquitate huius ritus symbolici testem habemus INGVLPHV M scriptorem sobrium & bene cultum *Histor. Croiland ap. SAVILLE Script. rer. Angl. p. 70*, ingenue tradentem, quod antiquissimis temporibus & ante aduentum Normannorum praedìa apud Anglo-Saxones collocata fuerint nudo verbo, absque scriptura vel charta, tantum cum domini gladio vel galea, *vel cum cornu, vel crater*. Idem facile confirmant, quae ex veteri chartulario Borstalensi protulit GVIL. KENETTVS *Antiquit. parochial. p. 52*: “S. Eadwardum confessorem dedisse praefecturam syluae Brenwode „ in pago Buckinghamensi cum vna hida terra, praeclaro Cynegetae Ni- „ ges & hereditibus eius, ab eis tenenda per *vnum cornu*. Idem vir de historia patriæ suæ optime meritus *Antiquit. Ambroſd. p. 73*. aliud extulit diploma, a 1091, qua Willi antecessores ante conquestum Angliae dicuntur iure hereditario tenuisse terram, boscum & balliuam de domino rege per *vnum cornu*. CANVTVM regem Puseyense monasterium dedisse cum follemini *cornu* traditione memoriae prodiderunt GVIL. MALMSEB. l.c. L. II. c. 2. GVIL. CAMBDENVS *Britann. p. 203*. exhibuitque illud cornu tabula aenea expreſſum cum inscriptione quidem GEORGIVS III- CKESIVS *Ibes. ling. septentr. Tom. I. p. 251*, qui etiam in *diffr. epistol. ad Schowervum T. II. p. 84*. & in alia ad Adamum Ottleyam T. I. p. 8. non contempnenda habet hic facientia. Mitto alia huius generis exempla, quae suppeditant DVGDALIVS & DODESWORTHIVS *Monast. Angl. Tom. I. p. 559, 620*. CAROL. FRESNEVS l.c. Tom. II. p. 1080, edit. nouiss. STEPHAN. IOAN. STEPHANIUS *in not. ad Saxonem L. V. p. 120*. KETS- LERVIS *Antiquit. Celt. p. 365*. OLAVS WORMIVS *fastor. Danicor. L. I. c. XVIII. p. 62, & Monument. Danicor. L. V. p. 387*. OTTO *iurispr. Symbol. Exercit. I. c. 2. p. 67*, quibus adhuc vnicum, quod traditioni per *cornu* ge- minum fuisse conicimus, addo exemplum donationis & traditionis per *vreeos & Bachinos*, nobis Becher, cuius me admonit locus *libri miraculo- rum S. Austrebertae virginis c. VI. n. 43. ap. IOH. MABILLONIVM Sec. III. P. I. Aſtor. Ord. Benedict. p. 44. ad a. 704*, qui ita legitur: *Quidam vir illustris Gofcellinus nomine transmarinis degens in partibus B. Austre- bertae, sui iuris decimas dedit, atque in signum donationis duos ex aere vreeos, quos vulgo Bachinos vocamus, eius ecclesiae ministris transmisit.*

(cc)

(ee) In summam contraham, quae de comportionibus religiosis ri- & compota-
tibusque Germanorum cornuum sacratorum propinatione peractis vetu-
tionibus re-
sta nobis scripta reliquerunt nostratum monumenta. Ex ODDONE enim ligiosis.
vita S. Olai c. XXIV. p. 102. Eiusque continuatore RENHIELMIO p. 65,
DOLMARO in not. ad Hirdkraam c. XLIX. p. 534. RHABANO opus.
de Eucharistia ap. MABILLONIVM Aet. SS. Benedict. Ord. Sec. IV. P. II.
p. 593. Herrada & Bosae Saga c. II. p. 49. SNORRONE STVRLAEONI
Chron. Noruag. p. 75. 77. Historia Olai Tryggonis c. XXIV. p. 102,
constat pluribusque perorant TH. BARTHOLINVS Antiquit. Danicar.
L. I. c. 8. p. 134 f. PETR. DIICKMANNVS Antiquit. eccles. Suec. c. XXV.
p. 346 f. LOCCENIUS Antiquit. Sueo-Goth. L. II. c. XXI. SCHEFFE-
RVS Vpsal. antiqu. c. X. p. 143. alii, quod in solemnibus sacrificis conui-
uiis in memoriam & honorem Odini, Thorii, Niordi & Freii Deorum,
herorum itemque & amicorum cornua bubalina, Bullhorna nuncupata,
pocula mulso & cereuisia repleta, (Minnishorne, Minne vocabant,) stan-
*do & inter pulsus instrumentorum cantionumque propinauerint nostra-
tes, in quorum quidem locum, dispulsis paganisni nebulis, successe-
rint tonnae natalitiae, pocula Iulia, tempore nativitatis Christi mero
referta, ipsa pocula Deo, Christo & Spiritui S. dicata, pocula Sancto-
rum praecipue S. Mariae Virginis, S. Nicolai, S. Erici, S. Canuti, S. Olai,*
*qui primus religionem Christianam apud Noruegos instituerat, demum-
que ipsa Martinalia, pocula in vespera S. Martini exhausta. LAVR. TER-*
PAGER de sacris veterum Danorum vigiliis c. II. p. 17. c. IV. p. 19. MVS-
SARDVS ceremonial. eccles. p. 117 f. Plura singularia de festis, compo-
tationibus & solemnitatibus facris poculorum interuentione celebratis
vide ap. WORMIVM Antig. Danic. L. V. KETSLERV M disq. de compo-
tationibus sacris Celtaeorum & septentr. in Antiquit. Sept. p. 349 f. RVD-
BECKIVM Tom. II. Atlant. p. 195. VERELIVM not. ad Heruana Saga
cap. 56. IO. SVNDLERVM diff. de Nyctopia metropoli Sudermanniae
P. II. c. 3. §. 1. p. 116. MESSENIVM Sueop. p. 22. IO. MAGNUM bistor.
Sueo-Goth. L. I. c. XII. OL. MAGNUM bistor. gent. septentr. L. III c. 6.
NICOL. MARESCHALC. THVRIVM viuis Oborrit. p. 1510. ELVIVM
diff. de veterum Gorbor. byemali festo Iuliorum §. 5 f. ECCARDVM res.
franc. L. XXII. p. 428 f. CALVOERIVM Sax. antiqu. infer. genitil. P. I.
L. II. p. 75. 82, quorum illa est obseruatio, quod a decantatissimo festo

Iuel, initio mensis Februarii a gentilibus in conuiuiis compotationibusque celebrato, ipsi huic mensi in calendariis veteribus Runicis insignium & symbolorum instar tributa sunt *cornua laetitiae*, & quod ab his cornubus, ex quibus largiter bibebant, Februarius mensis dictus sit der *Hornung*. Ceterum de Germaniorum, Liuontium, Curonum, Gothorum, Borussorum adhuc paganorum silicernis, Φυχοτροφίαι, Dadilis, epulis sepulcralibus & propinicationibus execualibus, patrio idiomate *Semlaick*, *Saligaiuin*, *Seelen-Speisen* nuncupatis, quarum, quod doleo, post inculcata diuinae reuelationis praecepta, reliquias adhuc praeferunt conuiua funeralia, videndi *IVLIVS SOLINVS Polybiore c. XV.* *PAVLVS EINHORNIUS de reformatione Letticeae gentis c. 6.* *IO. ANDR. QUENSTEDIVS de sepultura veterum c. XIII.* *TORNANDES in rebus Geticis circa fin.* *HERMANNVS BECKERVS Liaoonia in suis sacris confiditato c. 1. §. 6f.* *MICH. CHRISTOPH. HANOUVIUS in philosophematisibus de silicernio maxime veterum Curonum Scđt. I. §. 6.* *KELCHIUS Chrou. Lilon. p. 28.* *IO. MELETIVS epistol. ad Georg. Sabinum de religione veter. Borussor.* *HARTKNOCHIUS dissert. bistor. p. 196.* *LEHMANNVS de Naulis s. Danicis c. IV. §. 29.* quorum quidem scrinia nunc expilare nolo, hoc saltim addens, sepulcralibus conuiuiis his heredem regni sollemniter adiisse hereditatem, ipsimum conuiuum dictum inde esse *Stra-va, Arfööl, Arffääl*, cereuifiam hereditariam. Docet hoc *SCHEFFERVS Upsilon. Antiqu. c. XVIII.* p. 332. excitatusque ab eodem locus *SNORRONIS*: *Dem som giorde arfööl, oc skulde taga Arf oc Rige efter nogen Konge b.e. Qui Arfööl seu continuum habebat hereditatis causa, hereditatemque ac regnum post regem quemcunque adire solebat.* Quo sensu *in vita Gotbrici c. XV.* & *in Olaf Tryggueson Saga c. 38. p. 245.* occurrit illud dricka *Arfoel, drückid erfi*, bibere hereditatem, paternam hereditatem sollemni epulo adire. conf. *CAROL. LVNDIVS de obligat. ciuis Suionici art. IV. §. 1. p. 79.* *CLEFFELIVS Antiquit. Scopener. c. III. p. 142.* *STEPHANIVS ad Saxonem. L. I. p. 61.* *WORMIVS Monument. Danor. L. I. c. 6. p. 37.*

in additione
hereditatis

hinc emp-
tiones testi-
bus ad circa-
ris cele-
brandae

(ff) Quod enim ab antiquissimis temporibus principium placuit Germanis, ut nullum alicuius momenti facile absoluissent negotium sine *re-
stibus, sponsoribus, salmannis, & mediatoribus*; id sane in emptionum Venditionum rerum pariter immobilium ac mobilium contractibus vitramque absoluisse paginam insignis me docuit legum Germanicarum con-

cen-

centus & admiranda harmonia. Hanc enim formula instructa *lex RI-lege Ripua-PVARIA Tit. L. X. S. 1. p. 224. edit. Eccard.* Si quis villam aut vineam riorum vel quamlibet possessiunculam ab alio comparauerit & testamentum (instrumentum) accipere non potuerit, si mediocris res est cum SEX TESTIBVS, & si parua cum TRIBVS, quod si magna cum DVODECIM ad locum traditionis cum totidem pueris accedit, & sic eis praesentibus pretium tradat & possessionem accipiat, & uniusque de pavulis ALAPAS det, ut ei postmodum testimonium praebeant, conf. formulas traditionum Sec. IX. ap. PETZIVM & HVEBERVM Codice diplomat. epistol. P. L. p. 37. 48. 49. 50. 52. 60. 64. Idem statuit in lege BAIUWARIOVM Tit. ^{Baiuvario-} XV. S. 2: Si quis vendiderit possessionem suam alicui, terram cultam, non ^{rum} cultam, pma vel sylvas post acceptum pretium, aut per chartam, aut PER TESTES comprobetur firma emptio, ILLE TESTIS PER AVREM DEBET ESSE TRACTVS, quia sic habet lex nostra. At in nullis fere, quotquor fractae veluti a naufragio tabulae supersunt, legibus, expressio- ^{Anglo-Saxo-} ra huius iuris habentur veltigia, quam in Anglo-Saxonis, quas e Cim- ^{norum} brorum & Anglorum Slesvicensium institutis enatas esse, si non persuaderent alia argumenta, hoc vel vnicum probaret maxime, quod in ne- cessitate emptiones venditiones *testibus* firmandi, uno quasi ore loquatur Themis Anglo-Saxonica & Cimbrica. Ita enim in Legibus HLOTARII ^{Hlotarii} & EADRICI, regum Cantuariorum, intm a. 673 & 685. lati art. XVI. ^{quidem &} ^{Eadrici} P. 9. edit. Wilkins.: "Si Cantianorum quis in Londinenfi vrbe aliquid ^{regum} emat, habeat sibi tunc duos aut tres probos plebeios testes, aut ^{regis} praefectum. Et in legibus EADWEARDI regis a. 901. §. 11. p. 48: Eadweardi "Quilibet habeat aducatum suum & nullus homo extra portam emat, "sed habeat testimonium *urbis* praefecti vel *alius veracis hominis*, cui ^{fides} haberi possit. Quin luculentissima sunt EADGARI regis sancta Eadgari a. 959. p. 80: "Quilibet cum TESTIMONIO SVO emat, aut vendat ^{omnem} mercaturam, quem emerit vel vendiderit, sive in yrbe sua ^{sive} in wapentachio, & quilibet illorum, qui primum in *testem* ele- ^{ctus} sit, iuramentum practet, quod nunquam nec pro pecunia, nec ^{pro amore, nec ex timore,} & villius alterius rei caufa, cuius testis esse posset, nil aliud testimonium dicat, quam in quod vidit, & audiuit, & ita in qualibet emptione duo vel tres iurati homines adjint in ^{testimonium.} Quod ipsum non solum repetitur in lege S. EDWARDI Eduardi

- Canuti** p. 209, qua quidem prohibitum est, ne quis emat viuum animal vel panum usatum sine plegiis & bonis testibus, & CANVTI M. p. 137: "Et
 „nemo rem emat aliquam quatuor demariis dignam, viuam & mor-
 „tuam, nisi habeat fidelium quatuor virorum testimonium, siue sit in-
 „tra oppidum, siue ruri; sed migravit etiam iuris domestici principium
 in LL. GVILIELMI Conquestoris p. 209: "Interdicimus etiam, quod nulla
Guilhelmii „viva pecunia (armenta, pecudes,) vendatur aut ematur, nisi intra ciui-
Conqu. „tatem, & hoc ante tres fideles testes. Quae cum ira sefi habeant, non
Cimbrorum dubitandum, quin ex nutricula illa & Legum promo condo, Cimbria
 nostra, haec reportauerint Angli, cuius in hoc argumento placita harmo-
 nica, moribus antiquissimis stabilita aperiunt effata. *Iuris SIALANDICI*
a. 1160. L. V. c. 38. 39: Si quis alteri equos, vel iumenta vendit, coram
ius Sialan- TESTIBVS, illique posthac huius rei ergo item intendit, qui praefentes
dicum fuerunt, testimonium peribeam, quod legitimo modo rem ab alio eme-
 rit, de qua controversia coorta est. Confirment illi, qui TESTES erant,
 post emtorem cum iuramento XII. virorum, emotionem legitimo modo esse
 peractam. & cap. XXXIX: Si vestimenta ad usum iam parata aliqua
 utensilia venduntur, iure TESTES (Lockoff) requiruntur, qui empio-
 nem venditionem legitimo modo factam esse assuerent. add. L. VI. c. 14;
Iuticum Porro & *Iuris IUTICCI* a. 1240. L. II. c. XCIV: "Tho allen gemakeden
 „Kledern - - tho allen Ampts wercktüge, eller Boschaff, i. e. Hufsege-
 „rede, tho wagen, tho perden, queck und Veh (quod pecuniam vi-
 „uam in lege *Guilhelmi Conquest.* appellari modo vidimus,) und tho al-
 „len deme wat sunderliche mercke an sick hefft, dar schall men TÜGE
 „rbo hebben. Getüchnisse ouerft ys ein Thoßand derjennen, de daran
 „und over gewest syn, do de koep gekoefft ys, und dat kan nicht ringer
 „syn als twe Mann. Nec non *iuris FLENOPOLITANI* d. 1284. art.
 CXXIII. p. 1939: Nullus emat equum, vel equum aut formatum pan-
 „num, aut lanceam, vel fabricatum aurum, aut securum cum manu-
 „brio aut gladium cum vagina, aut bouem, aut alia animalia, nisi ha-
 „beat, super hoc TESTES duos, qui LYCKIOBSWIND dicuntur. Item
Flenopoliti- *iuris HAFNIENSIS* art. XXV. p. 209: "Wer etwas kaufft wozu GE-
 tanum
Hafniense ZEUGen erfodert werden und doch keine dabey hat, der gibt dem
 „Könige 3 markt zur Straffe" demumque communis illius, Cimbriae
 statutorum, matris *iuris SLEVICENSIS* scilicet, quod licet Angliae
 Cim-

Cimbricæ ille metropoli SVENONEM Grateheide circa 1156 scriptum
 dedisse fama est, antiquissimi tamen moris vndique præ se ferre simula-
 cra, id quidem olfacent, qui sunt emunditorum narium. Ita enim
 cap. CIII : "Nene Tüchnisse sind in der Stadt ane Dingestück, Brut-
 „benck, und dat vor dem Rade schüt. Und Wyncoep de sind nicht min
 „wen II Lude. Quid nunc cesso institutis Longobardorum locum hic Longobar-
 adsignare, vbi certum est & expeditum, ipsam hanc gentem Cimbris dorum
 olim STRABONE VII. SVETONIO Augus. c. XXI. VELLEIO II. 106.
 AVTORE Diarii fratrum minorum in Wisby ap. de LVDEWIG Reliqu.
 MStor. T. IX. n. 9. p. 175. MONACHO CISTERNSI bistor. gent. Da-
 nor. p. 66. edit. Stephanii, TRACIGERO Cbr. Hamb. p. 1264. IO. COR-
 VINO de veterum Cimborum aliorumque Septentrionalium populorum
 migrationibus Tom. I. Monum. ined. p. 1492. aliisque testibus, suauissimo
 iunctam communesque adgnoscendem origines, parrii juris memo-
 riæ vix ac ne vix quidem depositissæ in calescenti Italia, quin viuidum
 eius exemplar vtrobius circumstans in legum suarum configuratione.
 Hoc enim, quod in Lib. II. Tit. X. fanciuerint: "nullum caballum, bo-
 „uem, iumentum, vel aliam rem quamcumque emendam, nisi in præ-
 „sentia TESTIVM vel nisi venditorem cognoscat emptor, aut de quo
 „pago sit, aut quis eius senior," hoc inquam vere Germanicum & Cim-
 bricum esse, haussisseque Longobardos ex eodem, quo Cimbri, fonte,
 aquam, facile est ad ostendendum. Nam in peruetustis Legibus Sueo-
 Gotthiae VPLANDICIS, a Wigero Spa iubente INGELLO rege iam ante Gothorum
 Seculum IX. collectis, PERINGSKIOLDIVS in Monument. Vpland, per & Sueorum
 Thibundiæ c. III. p. 30. 31. a BIRGERO regea. 1295 denuo recensitis, edi-
 tisque cum versione Locceniana ab OLAO RVDBECKIO, Vpsal. 112122, ius Vplan-
 Titulo VI, Kiopmala Balcker inscripto, cap. I. p. 86. haec reperio: "Si dicum.
 „quis emat aurum vel argentum, siue factum, siue infectum ab illis
 „qui non sunt aurifabri, ille tenebitur emptionis adhibere duos TESTES
 possessionatos, (twäggia manna witni bollaſta) si res empia minoris sit,
 quam dimidium marcae. Et ne forte obrepat opinio, obtinere hoc
 saltim in auro argentoque vendendo emendo, illud mox cap. V. p. 89.
 subiungitur principium generale: Quodcumque vendibile quis emat ab
 aliquo, ei aderunt duo rei empiae TESTES possessionati, si minus sit di-
 midia marca, si plus sit, quinque viri praefeo erunt, & ista emtio sit

Westrogo- *rata & firma.* Idem quoad immobilia euincitur ex *Legibus WESTRO-*
 thica *GOTHICIS* canae admodum vetustatis, quas post *STIERNHIELMIVM*,
 notis *CAROLI LVNDII* illustratas, latinaque veste a Loccenio indutas,
 idem emisit *OL. RVDBECKIVS*. Ibi enim *Tit. III. c. IV. p. 24.* “Si liti-
 » getur de terra empta, illam emptor defendet *cum 24 virorum iura-*
 » *mento & duobus testibus*, & precabitur ita sibi & suis testibus Deum
 » propitium, ut terram hanc emerit *cum firmatoribus & proxenetae in-*
 » *terpositione quiete & legitime*, & ipsi nunc possideat, nec alter, *con-*
 » *scitis testibus*. Et coram aliis XII iurabit & in emptionis testimonium
 » coram iis perhibebit per duos viros. Quod ipsum argumentum ul-
 terius inculcat iura *DALICA Balcker IX. edente IOH. HADORPHIO*,
WESTMANNICA V. 2. a CLAUDIO ACKERMANNO in lucem produ-
 cta, *OSTROGOOTHICA* demum *Tit. Winsordbl. Oeftbl. CII*, quin re-
 gnat idem non solum in *Codice Legum Suetiarum*, quem *CHRISTO-*
PHORVS rex a. 1441 opera *NICOL. RAGVALDI* Archipræfus Uspalien-
 sis compilauit, *RAGVALDVIS INGEMUNDI* a. 1483 latinitate donauit,
IO. MESSENIVS vero *Holmiae 1614. 4. luci exposuit, Medellaga vulgo
 dicto, quo *L. VII. c. i. p. 205.* dilucide perscriptum: “Quotiens emittur
 » aliqua res mobilis, siue sit iumentum ungulatum, siue sint vestes for-
 » matae, nauis, vel arma, aurum & argumentum formatum, *debet*
 » *semper fieri in praesentia testium & copulariorum*; sed repetitum etiam
 in *Legibus CAROLI IX. provincialibus a. 1608. Tit. VI. c. i. p. 107. edit.*
Loccenii: *Si quis emat iumenta ungularum solidarum, aut pecora un-*
gularum bisidarum ab aliis, formata arma, vel sectum pannum, fa-
ctum aurum vel argentum, clausam & ianuis bene instructam domum,
hac omnia cum mediatoribus vel proxenetis & testibus ementur, item
que in ciuitatibus GVSTAVI ADOLPHI regis a. 1618. Tit. VI. c. i.
p. 60. edit. Loccen.: Omne quod quis emet pecus ungularum solidarum
& bisicularum, equum, equam, aurum vel argentum & factum pannum,
vel quodcumque tale sit, hoc cum duorum virorum testimonio fiet. Et
 quamvis hocieque reruni viliorium & exigui pretii emplo rite celebretur
 in Suecia absque testibus & proxenetis, quoniam utriusque semper non
 ita commode haberi possunt, rerum tamen immobilium maiorisque
 momenti præfertim in ciuitatibus maioribus emporiisque eam, nisi his
 adicitatis, nullam esse docent *STIERNHOECKIVS de iure Sueconum veru-*
*sfo**

30 L. II. p. I. c. 5. LVNDIVS de iustitie. & iure Saxon. c. 5. §. p. 200 f.
 quin nec atavis illis institutis nuntium missum in codice Legum Suecicarum,
 qui non ita pridem in comitiis Holmiensibus a. 1734. auspice glo-
 riosissimo nunc regnante FRIDERICO rege, receptus & approbatus, in
 latinum versus a CHRIST. KOENIGIO, Holmaeque 1743. typis exscrip-
 tur est, intelligimus ex Titulo de iure agrario c. 1. §. 2. p. 68: *Contra-
 etus emptionis venditionis sicut rediganturque in scripturum, praesenti-
 bus duobus testibus.* Scilicet, si rationem spectes, infrequentia contra-
 etum scriptorum, quae de rebus potissimum mobilibus & facile para-
 bilibus apud Maiores, non secus ac apud homines rusticos nostri auci,
 obtinuit, adeoque necessitas imposuit legem, ut de medio cogitarent
 hocce testimoniali, quo contractus ab uno alteruoue contrahentium po-
 stea pulsatus forte probari posset coram iudice. Inde contractus celebrati
 cum summa notorietate, conuocatis vicinis vel per cornu, vel per tympa-
 panum, vel per campanam, more hodieque in pagis maioribus recepto,
 quo campanis (quas vocant die Bauer-Glocken) conuocantur ornes, qui
 sunt de illa uniuersitate ad videndum contrahi & si contractus succel-
 ferint, ad bibendum in signum & testimonium, Dn. D. MANTZELIUS
 de ingenio Germanorum qua solemnitates iurid. p. 28. ZASIVS Reff.
 L. II. c. 24. n. 5, nomina inde referentes Weinkauffs-Zeugen, Winkops-
 Lide, Weinkauffs-Manne, Liekiobswind. In quem etiam finem te-
 stes vel per aures tractos, vel datis colaphis de testimonio imposto-
 rum dicendo, si opus videretur, admonitos, modo percepimus ex legi-
 bus, Alemannorum & Baiuvariorum, quibus adstipulantur, quae ritus
 eiusmodi Sec. VI. VII. VIII. IX. X. XI. quin adhuc XII. meminerunt di-
 plomata a. 927. 884. 988. 1087. 1125. 1137. 1171 ap. MABILLONIVM
 de re diplomatica p. 209. HVNDIUM metropoli Salisb. Tom. II. p. 51.
 Tom. III. p. 286. 322. 400. 463. nec non im Bayerschen Stamm-Baum P. I.
 rubr. von Abensberg p. 4. MEICHELBECKIVM Histor. Frising. T. I. p. 429.
 MVRATORIUM Antiquit. Effenf. P. I. c. 22. AVTOREM Chronic Rei-
 cherbergens. p. 175. 177. 193. 212. GRETSERUM in Episcop. Eystertensibus
 p. 462. MATTHAEI de nobilitate L. II. c. 17. p. 336. FALCKENSTEI-
 NIUM cod. diplomat. Nordgauensi. n. 16. p. 30. SICHARDVM ad authent.
 rogat. n. 1. C. de testibus AVENTINUM Annal. Schirens. edit. GEORG.
 CHRIST. IOANNIS p. 208. 210. 210. ibique: Interfuerunt huic donationi
 Amelbertus quidem nobiles & alii decem testes, quorum aures vellicatae

ratio ex in-
 frequentia
 contractu-
 um scripto-
 rum repe-
 tita

more

more veterum. Ex quo etiam more adcirandi & producendi testes, tractis auriculis ipsam appellationem der *Zeugen* repetit doctissimus olim Wittebergenium antecessor IO. GVIL. HOFFMANNIUS *Observat. iuris Germ. cap. XI. p. 310 f.*, cui & ego calculos meos libenter adiicerem lapillosoque, si vti vocis denominationem, ita & hanc consuetudinem Geismannis communem demonstratum iuisset vir egregius, quem memorem potius esse oportebat, quod *Zeihen*, Teutonibus fuerit probare, demonstrare. Fecerim ergo meam opinionem IO. FR. POLAC *Systemat. iurispr. Germ. L. IV. c. IX. p. 246.* &c B. HEINECCI *Element. iur. Germ. Tom. II. p. 545*; qui trans Alpes quidem profecti, Romanorum antestationem commode hic in subdium vocant, eamque Boiarios & Alemannos adoptasse augurantur satis adposite. Agnolcet, enim qui Romani iuris paulo est peritior antestationis Romanae (qua actor, reo moras necesse, proxime adstantibus denuntiauit testimonium auriculasque eorum memoriae causa tetigit) insignem cum more Boiariorum similitudinem, adgnoscet & idem, ritum illum Romanorum adhaerere facile potuisse Boiariis, qui non solum in commercio, verum & a Sec. VI. in vicinitate Romanorum egerunt, conclusi quippe inter Danubium, & Italianam, Licum fluum & Pannoniā. RHEGINO *ad 887. MONACHUS Egois- mens. ap. IO. SCHILTERUM Script. rer. Germ. p. 53.* De ritu vero Ripuariorum nil est quod addam, quam obtinuisse & eundem apud Gallos, teste *charta Widonis de Montefalcone a. 1122 a CANGIO Tom. I. Gloss. p. 870.* his verbis recitata: *Huius dimissionis testes sunt. Poncius Canonicus de rebello - - qui infans tunc ibi colsum accepit, ne quandoque tradaret obliuioni, obtinere eum hodieque moribus Kilonienitum in illustrationibus finium ciuitatisnum, (den Gräntzfahrten) a magistratu quotannis instituendis.* Vtrunque vero iurisprudentiae plagiæ specimen sine dubio est ex dogmate R & G de aure memoriae sede, quod illustrant formulac *vellicare aurem, se faire tirer l'oreille pour dire quelques choses, einen einen Denckzeddul geben,* & lapis denique Guidonis Laurini antiquus, a RAEVARDO *ad Leges XII. Tabal. c. V.* memoratus, cui insculpta manus atterens auriculam, cum inscriptione MNN-MONETE, h. e. memor est.

Mercipotus (gg) Insignis legum morumque gentium Germanicarum aliarumque iustitia eiusdem originis, rium illum emptionum contractus per pocula confirmandi,

mandi, adeo concentus & suauissima harmonia. De Austria enim testatur FRIDERICVS ALBERMONTIVS *Symmetria iurid. Austrica edit.*, uniuersaliter Bambergae 1678. p. 38; de Bauaria FRANCISC. BALTHASAR *resolut. iuris Bauar.* P. IV. n. 7; de comitatu Tirolensi *Ius prouincie.* TYROLENSE d. 1573 fol. XXX; de ducatu Wurtenbergico *Ius prouinciale* WVRTENB. P. II. Tit. 9. c. 4. HARPRECHTIUS *Repf.* V. n. 32 f.; de Palatinatu *Ordinat.* PALATINA P. II. Tit. 7. §. 231; de Suevia *Speculum SVEVICVM* c. 3. c. 247. §. 2. de Borussia *Ius BORVSSICVM* L. IV. Tit. 6. art. 7. §. 3; de Hassia PESTELIVS *diss. de arba contract.* adiect. §. 21. & *Ordnat. iudicij BEILSTEINIENSIS* a. 1641. ap. HENR. ANTHON. GEISEN im Teutschchen corpore *iur.* L. IV. c. 30. p. 557; de Frisia Orientali *Ordinatio politica* ANNAE comitis a. 1545. p. 741. edit. Ant. Matthaei. Mores Wormatiensium, Norimbergensium, Solmensium, Hildesienfium, Mindensium, Monasteriensium, Schauenburgensium, Brunswicensium, Francofurtensum exponunt *Reformatio WORMATIENSIS* d. 1513. L. V. Tit. I. NORIMBERGICA d. 1488. f. 20. SOLMENSIS P. II. fol 37. Statuta HILDESIENSIA ap. Ill. GRVPIVM Origg. Hannov. p. 234. MINDENSIA L. I. Tit. 9. art. 1. p. 116. edit. Crufii, MONASTERIENSIA a. 1571. c. 9. SCHAVENBURGICA cap. XXVII. p. 284. BRVNSVICENSIA P. III. n. 41. ap. LEIENITIVM S. R. Brunsu. Tom. III. p. 442. HAHNIUS *ad Weisenbecc.* Tit. ff. de contrah. empt. n. 9. IO. CHRIST. SCHACHERVS *de differentiis iuris communis & statutariorum libere* S. R. I. Reipubl. Francof. *ad Moenum* circa alienationem thes. 25; Mecklenburgensium vero, consuetudines PARCVMENSES ap. Illustriss. Dn. de WESTPHALEN Monument. ined. Tom. I. p. 2052, SVLTENSES ib. p. 2106. TETEROVIENSES l. c. p. 2093. GRABOVENSES l. d. p. 2078. SVERINENSES, relatae ab HOVISCHIO Senatore l. c. p. 2033. his quidem verbis: "Zum vierten sind allezeit die Hauskäufe von E. E. Rath bestätigt und in Beyscyn der Cammerherren von wegen E. E. Rahts vollzogen worden, und auch einen Weinkauff, (das ist, mit einer grossen Kanne voll Biers, so stets offen stehen muss, und umbhero ausgetrunken wird, der es aber versichtet, und die Kanne zuthut, ist seine Straffe eine halbe Kanne auszutrincken, dabey dann auch ausgerufen wird: Weinkauff, Wein-kauff,) also bestätigt und angezeigt wird, das es nicht ein heimlicher sondern öffentlicher Kauff sey, um derjennen willen so vermeinen

„Zuspruch daran zu haben. Rugianorum geminos his ritus indicat *codex iuris Rugiani MSCt.* a MATTHAEO NORMANNO supremi prouincialis iudicij scriba, mox eiusdem afferatore compilatus cap. XCVI: „Alle köfftē und bethaledē Gueder, dc dan beweglich sind, wo de Koper den WYNKOP bewyset, werden paeſcribiret inwendig vier Monaten unde affwennig bidden Jahre und Dag. Ex actis Hadelenfibus solemnitatein' bilendi circa contractus (ein Henckel man Bier) (*) obſeruauit Dn. D. MANTZELIUS diff. de ingenio Germanorū qua ſolemnit. iurid. claff. 5. §. 5. & de iure redempt. clauium p. 7, adeo quidem vt de validate contraeſtus dubitetur, wo nicht ein Hinckelman Bier darüber ausgetruncken. De aliis forte diſpexit FRID. IAC. WILDE diſp. de nummis bibalibus, hucusque mihi non viſa, a DIETHERO tamen ad Befoldum p. 637. & doctifimo D. LENICHIO Biblioth. iurid. Struui Lipeniana v. Bibalia, memorata, Argent. 1667 luci expoſita. Et vti denique antiquissima Cimbrorum, Dithmarorum, Lubecensium, Hamburgensium mercipotus iſtituta cuincunq; ius SLESVICENSE a. 1150. c. 67. FLENOPOLITANVM a. 1284. c. 44. 86. p. 1913. 1929. APENRADENSE d. 1284. c. 76. HADERSLEBIENSE a. 1292. art. 30. 32. p. 1983. HAFNIENSE a. 1443. art. 27. p. 2020. MEIERVS compend. iur. Cimb. p. 1764. Iura DITHMARSICA a. 1447. art. 97. T. III, Monument. ined. p. 1735. LVBECENSIA d. 1240. 1243. ibid. p. 629. 684. HAMBVRGENSIA a. 1497. P. VII, quid queſo de Holſatia opus eſt dubitare, vbi ho dieque plebem rusticam, morum majorum admodum tenaciorem, a genio patrum minus deciuile docet experientia; vbi in ceteris iura NEOMONASTERIENSIA (Neumünſterſche Kirchſpiels-Gebräuee vocant) inueteratam illam confuetudinem diserte

(*) Quantitatē ignorare ſe fatetur vir consultissimus. Adsequitamen poterit valorem huius monetae in eiusmodi ſympoſium erogandae, Henckeman, Hinckeman f. Hinckemene diſtrae, cui obtigerit legere quae de illa virum quendam doctum n. LXXX, Diuinarum Brunſwicensium (der Braunschweigſchen Anzeigen) a. h. a. protuliffe relatum lego in Nouellis literariis Altonanis buuis anni n. XXVIII p. 232. Ceterum & illius habetur memoria in Alt-Ammerſch Recht und Gewohnheit parochia Rahlstedt & Wievelſteadi a. 1614. art. XV. ap. IO. CHRIST. von OETKEN Corpor. conſtitut. Oldenb. P. III. n. 92. p. 121: „Befangen gend die Straffe an der Drepen iſt ein Henckeman Bier, die ande- re aber die an Heidemarcken und Weyen find III. gr.

diferte confirmant e. XXXIV, vbi mercipotum rite olim celebratum tabulae
 & instrumenta emptionum venditionum memorant, inque his illud a. 1562,
 quod ab *Illusir. PISTORIO Amoenit. historico iurid. P. V. praef.* corrupta
 quidem lectione editum, iam iuuat repeteret: Ick Johann Dohrn thor
 „Becke wohnhaftig, bekenne hiemit vor myne Eruen und allermannigli-
 „cken, dat ick an hut dato den gestrengen, chrenuesten und chrbaren
 „HINRICH RANTZAV, Herrn Johans Sohn, Königlichen Dannemarck-
 „schen Stattholdern und sinen Eruen mit wolbedachten mode, frien wil-
 „len, und vullibt mines Sohnes, alse Johan Clawes und Timmes Dorn,
 „mine halue Hofe und Erue, daran jahrlick ein halue dröempt toggen
 „fält, und min holt deel beleggen tho Karkerfe und dersfulyen Feitmar-
 „cke, tho einen ewigen unwedderoplichen Erffkope, vor vherhundert
 „und vöttig marck Lubisch, welche ick ock strax redbar over entfangen
 „und upgehaven, verköfft, verlaten und upgedrangen. Ock gegenwer-
 „digen in Kraft dusses breves vor my und myne Erven verkope, verlathe
 „und updrage und darnähe alle frey Gerechtigkeit und Ansprake de ick
 „edder mine Erven daran hedden edder heben worden gäntzlicker vor-
 „tiet, begeven und afgeschacht. Des ick ock up den Kerckhave tho Itzehoe
 „na HOLSTEINISCHEN LANDRECHT und tho Bekräfftigunge sollichs
 „Erffkops Szechlewhare (reötius Zele und Ware) gedhan, darup ein WINKOP
 „GEDRUNCKEN worden, wellichen Henrich Albrechten GESEGNET.
 „Des tho Orkunde und mehrer Getuchniß sien disser breve twe gelis-
 „cken Ludes gemaket und aver dat Wort Frede uth einander geschmeden
 „und van ideren patte in vorwaring genommen, und tho mehrer fecker
 „und wetenheit mit minen gewöhnlichen Ingelegeln underdrucker und
 „verfegelt worden. Tho Itzehoe a. 1592 Jahre d. 29 Dag Novembbris.
 Quid? quod traditum a Maioribus Germanis morem dimiserit neque Sue-
 cia, referente SCHEFFERO Vpsal. antiqu. c. XVII. p. 334. neque Helve-
 tia, teste IO. IAC. LEU im Eidgenössischen Stadt und Land-Recht P. III,
 Et. XII. §. 24. p. 384. neque Germania inferior & Batavia, quod clarum
 est ex Statutis ENCKHVSANIS, s. Handuesten, priuilegien, Willekeuren
 ende Ordenantien der Stadt Enckuysen 1607 sol. p. 181. NICOL. BVRGVN-
 DO ad consuetud Flandrenſ. proem. n. 5. GROTIUS introd. ad ius Batav.
 c. XIV. n. 8. SIMON v. LEVVEN Room's Hollands rege LIV P. 10 p. 355
 neque Gallia, docentibus FRANCIS. MARIA P. I. decis. Parlam. Delph.
 G. 2 qm.

qu. 748. n. 7. CHASSANAE ad Rubr. X. Tit. de retract. §. 10. n. 33
 CAROLO CANGIO T. I. Gloss. p. 114s. & Chronicō Semoniensi L. III. c. 5.
 ibique : "Bibamus ergo laeti Beveragium (attulerant enim vinum secum
 "ad hunc mercatum confirmandum) & infra : Et quod vineam cum eo
 "emit, & quod Beveragium ibi bibitum fuerit; neque denique & ipsa
 Italia, quod video ex verbis Glossae ad §. 1. pr. Inſtit. de verbor. Obligat.
 quorum quidem me admonuit MARTINI de iure censuum c. VI. n. 311.
 "Solent partes contrahentes post conuentionem perfectam arrae loco de-
 "super bibere & bibendo gratulandoque consummationem eius indicare.
 Idem ex ANGELO notauit SCHNEIDEWINVS ad §. 1. Inſtit. de V. n. 15.
 in fin. : "quod factō mercatu & conclūso negotio, si appetat, quod de
 "hoc partes biberint, videatur contractū fortitū esse omnem perfe-
 "ctionem, & quod Idiotae in partibus Thusciae, quando velint signi-
 ficare venditionem celebratam, esse absolutam & perfectam, dicant,
 "quod partes super hoc biberint. Quodsi recte sese habeat, in reli-
 quiis institutorum Longobardiae gentis hoc collocauerim, praecipue
 cum testisissimum sit & exemplis traditionum & inuestiturarum symbolo-
 licarum per wasonem, s. per glebam terrae ramumque arboris, tutelae
 maritalis, obstagii, Albinagi, termino minoris aetatis XVIII. annorum,
 successionis masculorum & feminarum inaequalis, v̄fusfructus germanici
 in dominio vili consistentis, aliisque argumentis iuris pure Teutonici,
 in chartis & monumentis Italiae ap. VGHELLVM Ital. sacr. Tom. I.
 p. 371. 506. 832. Tom. III. p. 49. 51. 61. 415. 785. Tom. IV. p. 1064. LV-
 DOV. ANTON. MVRATORIVM Antiquit. Eſtenſ. p. 98. Antiquit. Ital.
 mediæ aeni Tom. II. Diff. XX. p. 136. Tom. XII. script. rer. Ital. 1155. COR-
 NELIVM MARGARIVM in Bullario Casinensis. T. II. p. 77. obuenientibus
 facile ostendi posset, custodiuisse Italos, quin custodire eos etiam nunc
 fidei illorum olim concredita deposita Longobardorum, gentis quondam
 nostratis v. ERCHEMPERTVS ap. ECCARDVM Corp. bifor. Germ. med.
 aeni T. I. p. 120. TOROMACHVS collect. bifor. c. 59. ap. CANISIVM Lett.
 Antiquar. Tom. II. P. I. p. 210. Adeo autem verum est, quod eleganti calamo
 scripsit IO. GRAMMIUS, sydus literatae Daniae, meditatione de vocabulo
 Heremand. §. 14. p. 314 s. vbi foras expulsa fabula Lyshandi, Profferis
 Aquitani, Pauli Diaconi, Saxonis &c. de emigratione Longobardo-
 rum ex Scandinauia in haec assurgit vir celeberrimus: Quid multa? Lon-
 gobar-

gobardi certe a gente fuerunt Germanica, quod & reliquiae sermonis eorum vernaculi in legibus adhuc conspicuae, ad unum omnes testantur, liquido. Affinitas quae idiomati eorum cum Danico intercedit, eadem est, quae Saxonum inter & Danicum deprebenditur, cum contra primarium praeципuumque discrimen inter Longobardicam, Saxoniam ceteraque Germanorum dialectus ex una atque linguam Danicam ex altera parte, satis sit notabile. Caeterum, quemadmodum magnus olim erat consensus inter Saxonum Danorumque mores & instituta, ita non minor erat similitudo rituum nos inter & Longobardos & Saxones, ex altera parti finitos ob eandem scilicet causam. Ita ut tres illae nationes conterminae, plurima inter se habuerint communia in regiminiis forma, in belli administratione & aliis. Idem adstruxerunt BERNH. MÖLLMANVS Spec. iuris Danici ex Saxon. illustrati. III. SPELMAN- NVS Archaeolog. p. 302. & STIERNHELMIVS praef. ad LL. Westrogoth. p. 3. omnes animaduertentes Saxonum & Gothorum cum Longobardo- rum legibus, ritibus, vocabulis priscam analogiam.

(hh) Quod innocentissimis origine, consultissimaque ratione intro- ductis multis Germaniae accidit institutis, eorum faculi & posteriorum non tamen deducenda vitio postea emergens depravatio, corruptio & abusus in opprobrium ex ebriosi- vt cedat Maiorum nepotumque virtus avis non sine iniuria imputentur & tate Maior- proauis, hoc quidem mercipotus eveniit originibus, quas temere non rum minus quam imperite vulgo repent ex temulentia, ebriositate luxu- riaque veterum Germanorum, quibus helluonum & Sandarnapolorum inflat vix tantillum temporis extra popinam & tabernas cereuiliarias reliquum fuisse credunt, quod pangendis contractibus impendere potuissent domi, & absque poculorum strepitu. Nunc vero patriae meae studium mentis aciem adeo mihi non obstrinxit, spongia ut illico delenda mihi sumerem, quicquid de nostrarum commissationibus, ingurgitationibus & poculorum certaminibus in vulgus spargitur, probe gnarus a seris temporibus male capropter audire nimiaque perpetuandi studia acriter reprehendisse in Germanis quidem TACITVM de M. G. c. 21, BARTHOLOMAEVM GEORGICOWITZIVM in exhortat. contra Turcas ad Maximiliani II. COLERVUM de process. executiu. P. I. c. 8. n. 88; in Saxonibus IOANNEM BOEMVM de moribus gentium L. III. c. XIII. p. 336; in Danis ETHELREDVM Abbatem Riualensem de genealogia regum Anglor.

ap. ROGERIVM TWTSDENIVM & SELDENVM Script. bistor. Angl. p.
 356. BROMPTONIVM Chron. Angl. p. 869. GVILIEMVM MALMESB. de
 gestis reg. Anglor. L. II. c. 8. HELINANDVM, frigid. montis Monachum
 Chron. L. XLVI. & SAXONEM bistor. Dan. p. 68; in Anglia IACOB. a
 VITRIACO Histor. occident. cap. VII. in Frisia & Batauis, KEMPIVM,
 MARCHANSIVM, LEMNIVM de occult. natur. miracul. L. IV. c. 25; in
 Gothis OLAVM MAGNUM L. XIII. bistor. septentr. c. 25; in Borussis
 HARTKNOCHIVM de re oeconomica veterum Prussorum §. 4. p. 267. PE-
 TRVM de DVSBVRG Chron. Prussiae P. III. c. V. p. 80. HENNEBERGIVM
 ad tabul. Boruss. p. 445; in Slavis & Lithuanis MICHOVIAM de Sarmat.
 Europaea L. II. c. 3. PRAETORIVM in Nachrichte von der Littauer Na-
 tur und Art zu leben p. 141; in Wallis GVIL. WOTTONIVM ad LL. Wal-
 liae Hoeli Dbnna p. 46; in Silesiis NICOL. HENELIVM Silesiogr. c. VI.
 §. 40. p. 758; in Heluetiis DANIEL. HEREMITAM de Heluetiorum Rhe-
 torum, Sedunensium situ republika, moribus epistola ad M. Gongazam
 Mantuae ducis fil. p. 517, adeo quidem ut in nosfros vere quadret, quod
 de ultimis & de Heluetiis AVTOR libelli Gallici, cuius index: *Les Etats*
 & Empires p. 36. scribit: "Ils aiment extremement à faire carous & y
 " passent les jorneés & les nuits entières, & cette procedure est si avant,
 " qu'on ne scauroit faire aucun affaire, ni contracter amitié, qu'en
 " beuant à toute reste: Veu que ceux qui boivent davantage, ou qui
 " s'enyurent, sont estimés plus francs & plus homes de bien que les au-
 " tres, qui refusent de faire ces excesses damageables au corps & a l'esprit.
 Frustra quoque male fana illa nostrorum confuetudo a me patrocinium
 exspectabit, qua hodieque in procerum coniuuiis in nataliis & initia-
 tibus liberorum, in nuptiarum solemnisibus, in parentalibus, in aliis
 denique festis, conuentibus & actionibus, ad noctem concubiam, cer-
 tare poulis, valisque vinariis, (quae ad pastum & somnum nata dixit
 POGGIVS in *Connivali* p. 118.) magnificum, vincere gloriosum putant,
 vbi non tantum ad naufragia & ructus, verum etiam ad vomitum, ad
 stultitiam, ad insaniam, cum detimento animi, corporis, salutis, for-
 tunae, honoris vinum ingurgitant; vbi iam eo ventum est, ut non tam in
 virtutis, comitatis & gratiae symbolis repotatur, propinanti ad aquales
 haustus respondere, quam recusare & excusationem obtendere rufitatis,
 morositatis & vituperii, caede nonnquam & sanguine expandi-
 iudi-

indictum reputetur, adeo quidem, ut Graecorum illa lex: $\gamma\pi\alpha\theta\iota$, $\gamma\pi\alpha\theta\iota$, aut bibendum, aut abeundum dotata fere videatur ciuitate Germanica, OBRECHTVS de necessaria defens. c. VI, n. 75. CAEL. RHODIGINVS Lett. Antiqu. L. XXVIII. c. VI. Nec meas facio argutias, quas ad excusam bibacitatem ciuium nostrorum ex rationibus physicis apponuntur, & ex habitu calidiori, sive ex calore ventriculi, qui quo remotius cis Austrum homines colunt, eo maior, ad quem restinguendum crebiori & largiori potu opus sit. Multo minus & dum multorum error erranti non patrocinetur solamenque illud miserum sit, socios habuisse malorum, placet, quae excusationis ansam alii praebuerunt exempla gentium cultissimarum, Romanorum puta & Graecorum, quorum heliations & sordidam temulentiam describunt STVCKIVS, CASAUBONVS ad Athenaeum L. XI. c. II. p. 57. CHRIST. GOTTL. SCHWARTZIVS de commissationibus veterum ex Graecis Romanisque Antiquitatibus, Altorf 1745. Et quis denique crediderit, quin excusationis quisquam ex astero BARTHOLINI Antiquit. Danicar. L. II. p. 550. in nostris cum ratione deriuetur, quo quidem calicum curam eo minus in opprobrium Majorum cedere posse autumatur vir celeberrimus, quo magis immoderatae potionis praeuerit ipse Thor Deus, EDDA mytholog. XLI, vt adeo fecutus praeium deafstrum non portuerit non gratum & acceptum esse, quotidianis in Valhalla indulgendi potionibus spem habere. Id vero male me habet, quod sicut corruptelae huic accedere dicunt, a diaeta veterum Germanorum pessime composita, (*) quam quidem posteri, moris patrii tenacissimi, per generationes singulas interrupte imitati, ita in se deriuant traduxerintque, vt iam quasi innatam illam sibi habeant & naturalem, quam furci si expulseris, certissime recurrat. Equidem ad haec & ad περτον Ψευδος in contumeliam insignem patrum

ex-

(*) Apud quos sed diem noctemque continuare potando nulli probrum, TACITVS de M. G. cap. XXI, vt & inde & quoniam a meridie ad feram noctem litauerint genio, ac ne quid post tempora prandii ab ebriis minus recte fieret, leges eorum audiunt enuntiata matutina, Morgensprachen putante IO. PETR. de LVDEVIG in not. ad Cod. LL. Normann. Tom. VII. Reliqu. MStr. p. 297. Diurnor. Hallens. Tom. I. n. 133. p. 428. & GILMANNO Symphor. cameral. T. I. Sed vide MYLIVM diff. de Rugeindiciis Saxon. c. III. §. 13. & BRVM-MERVM de Scabinis c. VIII. §. 6. p. 355.

excogitatum, refellendum pungendumque promte parateque, distinguendo inter perpetationes & ebriositatem, responderunt conuiiandique libidinis reum iam pridem Tacitum peregerunt THOMASIVS diff. de hominibus propriis §. 13. in notis ad Monzambanum c. VII. CONRIGIVS de babitu Germanor. p. 46. IO. BABT. PLANTINVS Heluet. antiqu. & noua c. XIX, p. 160. CLUVERIUS German. antiqu. L. I. e. 19. DITMARVS in not. ad Tacit. p. 135. IO. IACOB. quoque REINHARDVS de iure foreshali Germanor. Sect. III. §. 9. p. 147, non percipientes, non apprehendentes, cum sine Cerere & Bacho frigear Venus, temulentia illa & ebriositas Germanorum quomodo consistere possit cum castitate & temperantia, quam in nostris celebrant ipse TACITVS d. l. cap. XIX. QUINTILIANVS Declam. VI. c. XVI. SALVIANVS de gubernat. Dei L. VII. p. 223. PROCOPIVS de bello Gorb. I. IV; optime vero de adeo praecclare impactam hanc maculam absterrit via illustris & Hafniensis Academiae nunc ornamentum CHRIST. LUDOVICVS SCHEIDIUS diff. de eo quod iustum est circa vinum adustum §. 1, dignae ut sint, paratas ab illo vindicias verbis doctissimi autoris ut hoc loco recitemus. "Quicquid autem tem sit, inquit, cum de iis terris in quibus nunc multa vini prodigalitate turpiter Bacho litatur certe dici queat, aliam eas heluationum & voluptatis materiem incolis suis non subministrasse, quam cerevisiam & forte piracium, multo magis sane de reliqua Germania magna, adeoque praecipue nostra Saxonia (addo & Cimbriam) quae ne hodie quidem vinum fert, verum id erit, imo, si quid recte coniecturamus, hos ipsos veteris Saxonie ciues, ut pote nulla opum cupidine, nullo luxu agitatos, rudibus tectos ferarum pellibus, fibula, aut se debeat spina consutis, simplici cibo, agrestibus pomis, recenti fera, latte concreto aut caseo contentos, dispergit ac dispersis aedibus, ve fons aliquis, ut campus, ut nemus cuius patri familias maximo usui esse poterat, habitantes, summa frugalitatis & temperantiae exempla fuisse existimamus. Quemadmodum enim Tacito aliisque vetustis Romanis scriptoribus de Saxonie populo aut parum, aut nihil cognitum esse poterat, ita ab obiecto omnibus Germanis temulentiac crimen hi eo magis excusandi videntur, quo certius ego persuasum habeo, in terra sylvis horrida, aut paludibus foeda & frugiferarum arborum impaticente, praeter aquae frigidiae potum nil ipsis ad explen-

,, dam

„dam restinguendamque sitim obtigisse, ac Zythi vsum, ne nomine
 „quidem ante tempora Carolingia in his regionibus notum fuisse.
 Quicquid tamen sit, solus ille IO. SCHILTERVS, o! quam splendescens
 iurisprudentiae lumen, recto tramite in indagandis mercipotus originibus
 incelsit Exercit. ad ff. XXX. §. 32. p. 249, quem & ego tamdiu sequar,
 quamdiu ex Germanorum & Septentrionalium antiquitatibus illam cum sed ex reli-
 gente natam teneo consuetudinem, quod inter ipsos vini & liquoris cerealis gione qua-
 haustus interponere soliti fuerint *obligationes, vota, preces*, execra-dam.
 tiones poculi in omne vitae sanitatisque periculum & internacionem
 evacuandi, si non facerent secundum promissa pactaque serio & delibe-
 rato animo inita. Id enim certe innuit elegantissimum illud AVTORIS
Chronici Bellioccensis l. 7. p. 19. testimonium, quod, exposta narratione
 de manu quodam ab Hugone comite, Ludouico de Gabaris vendito,
